

## CAPUT II.

## De Matrimonio secundum se.

## DUBIUM I.

## Quid sit, quae ejus Materia, Forma et Minister.

879. *Quid est Matrimonium. Et in quo consistat ejus essentia.* — 880. *Quae sit materia sacramenti Matrimonii.* — 881. *Ob quem finem liceat nubere.* — 882. *Distinguuntur tres fines. Dub. 1. An liceat nubere principaliter in remedium concupiscentiae.* — 883. *Dub. 2. An, ob fines extrinsecos.* — 884. *Quomodo peccent contrahentes in mortali.* — 885. *Quae requirantur ad contrahendum matrimonium per procuratorem.* — 886. *Quid, si qui dedit mandatum sine animo contrahendi, antequam matrimonium contrahatur mandatum ratificaverit.* — 887. *Qualis consensus sufficiat ad contrahendum. Quid, si quis ficte contrahit. An verba sint necessaria ad valorem.* — 888. *An sint necessaria de praecepto.* — 889. *An sufficiat ad contrahendum donatio annuli vel traductio sponsae.* — 890. *An sufficiat consensus conditionatus.* — 891. *Quid, si conditio est necessaria, aut turpis, aut turpis contra substantiam matrimonii.* — 892. *Quid, si apponatur conditio: si pater consenserit. Dub. 1. Quid, si pater taceat.* — 893. *Dub. 2. Quid, si pater primo dissentit, et postea consentit.* — 894. *Dub. 3. Quid, si tempore conditionis pater erat mortuus.* — 895. *An, impleta conditione, requiratur novus consensus.* — 896. *In quo differat conditio a demonstratione, causa, modo et die.* — 897. *Dissertatio de ministro et forma Matrimonii.* — 898. *Solvuntur objectiones.* — 899. *Illationes ex nostra sententia.*

Matrimo-  
nium, quid.

879. — « Resp. Est sacramentum inter  
« baptizatos, quo vir et mulier sibi mutuo  
« legitime corpora sua tradunt ad pepe-  
« tuam vitae societatem, usum prolis su-  
« sciipiendae, et remedium concupiscen-  
« tiae. — *Materia* ex qua et proxima  
« est mutuus consensus, externis signis  
« expressus, quatenus habet rationem tra-  
« ditionis. — Forma autem est idem con-  
« sensus, quatenus habet rationem acce-  
« ptationis. Suarez<sup>1</sup>, Sanchez, Vasquez<sup>a)</sup>.  
« — *Minister* non est sacerdos; sed ipsi  
« contrahentes, quia hi ponunt materiam  
« et formam. — Porro, matrimonium dici-  
« tur *ratum*, quando contractus est factus,  
« etsi non sit secuta copula carnalis; *con-*  
« *summatum* vero dicitur, quando ea se-  
« cuta est ».

Matrimonium dicitur a *matris munere*,  
ut ait D. Thomas; sive *ut mater fiat*, ut  
D. Augustinus.

<sup>1</sup> De Sacr. i. g., disp. 2, sect. 1. — *Sanch.*, de Matr., lib. 2,  
disp. 5, n. 6. — *D. Thom.*, Suppl., qu. 44, art. 2. — *D. August.*,

Ante Christi adventum matrimonium  
tantum habebat vim contractus, sed a  
Christo fuit postea evectum ad rationem  
sacramenti. De fide autem est matrimo-  
nium esse sacramentum; ut definivit Tri-  
dentinum<sup>2</sup>, ex illo Apostoli (ad Ephes. v):  
*Sacramentum hoc magnum est, ego autem  
dico in Christo et in Ecclesia.* Unde ma-  
trimonium ut sacramentum, significat  
conjunctionem spiritualem inter Christum  
et Ecclesiam.

In matrimonio, ut habente rationem  
tam contractus quam sacramenti, tria  
considerantur, nempe ratio contractus,  
vinculum perpetuum animorum cum obli-  
gatione reddendi debitum, et copula car-  
nalis. Hoc vero tertium, licet alia duo  
ad ipsum ordinem dicant, tamen non est  
essentialis pars matrimonii; nam sine co-  
pula matrimonium bene consistere potest.  
— Essentia igitur matrimonii in ratione

Contra Faustum, lib. 19, cap. 26, i. f. Migne, Patrol. lat.,  
tom. 42, col. 365. — <sup>2</sup> Sess. 24, de sacram. Matr., can. 1.

879. — <sup>a)</sup> Vasquez male citatur a Busen-  
baum; nam, *de Matr.*, disp. 3, cap. 5, non  
aliam sententiam admittit quam: « Materiam  
hujus sacramenti esse corpora ipsorum con-

trahentium non impedita, sed legitima, quae  
per matrimonium mutuo traduntur; formam  
autem esse consensum per verba vel alia  
signa legitime expressum ».

sacramenti consistit in contractu inito per mutuum consensum; quia sacramentum, cum contractus perficitur, tum gratiam producit. In ratione vero matrimonii proprie dicti, ejus essentia consistit in vinculo conjugali, quod nunquam per se solvi potest.

880. - Quaeritur: quae sit materia et forma, et qui minister sacramenti Matrimonii? Communis est sententia, ministros hujus sacramenti esse ipsos contrahentes; et formam, ipsorum verba consensum exprimentia: ut probabimus in brevi Dissertatione, quam afferemus in fine hujus Dubii ex n. 897.

Quo vero ad materiam, magis doctores discrepant: sex sententias enumerat Sanchez<sup>1</sup>, septem Pontius<sup>2</sup>. — Duae tamen sunt plus receptae:

Prima, quam tenent Busenbaum (ut supra) et Sanchez<sup>3</sup>, Salmant.<sup>4</sup>, Roncaglia<sup>5</sup>, et alii plurimi apud ipsos, dicit: verba sponsorum, quatenus exprimunt traditionem corporum, sunt materia; quatenus vero exprimunt acceptationem, sunt forma.

Secunda autem sententia, cui magis adhaereo, et quam tradunt S. Antoninus<sup>a)</sup>, Petrocorensis<sup>6</sup>, Frassen<sup>7</sup>, Abelly<sup>8</sup>, Holzmann<sup>9</sup>; Laymann<sup>a)</sup> cum Paludano<sup>a)</sup> et Petro Soto<sup>a)</sup>; ac Pontius<sup>b)</sup> cum S. Bonaventura<sup>b)</sup>, Gersonio<sup>b)</sup>, Vasquez<sup>b)</sup>, Adriano<sup>b)</sup>, Comitolo<sup>c)</sup> et aliis, dicit materiam remotam hujus sacramenti esse

<sup>1</sup> De Matr., lib. 2, disp. 5. — <sup>2</sup> Lib. 1, cap. 7. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 6. — <sup>4</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 63. — <sup>5</sup> Tr. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 4, resp. 1. — <sup>6</sup> De Matr., cap. 3, qu. 3. — <sup>7</sup> Tom. 12,

880. - <sup>a)</sup> S. Antoninus, part. 3, tit. 1, cap. 2, post med.: « Forma hujus sacramenti, inquit, secundum Petrum de Palude, in 4, sunt verba quae dicunt contrahentes, scilicet: *Accipio te in meam*, etc., vel aliquid aequipollens, ut expressivum consensus per signum. Materia sunt ipsi contrahentes ». — Eademque sententiam tenent Petrus de Soto, lect. 3 et lect. 4, de Matr.; et Paludanus, brevis dicens in 4, dist. 26, qu. 4, art. 3, ad 2: « Verba sunt forma, contrahentes sunt materia ». — Laymann, lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 2, n. 3, idem profecto tenet; sed negat esse necessarium assignare in sacramento matrimonii, quatenus est in fieri, materiam compositionis; quod « si tamen assignare velimus (addit n. 4), iste ultimus modus [Suarezii et Sanchezii, de quo S. Alphonsus in prima sententia] prioribus praefendus est ».

corpora contrahentium mutuo tradenda, sive jus mutuum in corpus alterius; materiam proximam esse ipsam traditionem juris in corpora, factam per verba seu signa consensum exprimentia; formam vero esse mutuam acceptationem, verbis aut signis expressam. — De forma infra loquemur, ut diximus supra.

Quod autem materia remota sint corpora contrahentium, et proxima sit ipsa mutua corporum traditio, sic probatur. — Hoc sacramentum, juxta communem sententiam, habet rationem contractus. Sicut igitur in aliis contractibus, res sunt materia remota, consensus expressus per verba est forma, et traditio rei est materia proxima contractus, nempe applicatio formae ad materiam remotam; ita in matrimonio, corpora (sive jus in corpora) sunt materia remota; consensus expressus per verba, est forma; ipsa autem traditio juris in corpora est materia proxima, quae fit per applicationem formae ad materiam remotam, nempe ad jus quod transfertur.

Contractus autem matrimonii, ad sacramenti rationem elevatus, id habet speciale, quod, ad hoc ut transferatur dominium juris in corpora contrahentium, non requiritur realis traditio rei, ut exigitur in aliis contractibus; sed sufficit sola voluntas externe expressa, ut docent S. Ambrosius<sup>10</sup>, ubi: *Non... defloratio virginitalis*

tr. 3, disp. 2, art. 1, qu. 3, concl. 1. — <sup>8</sup> De Matr., sect. 1, n. 3. — <sup>9</sup> De Matr., n. 316. — <sup>10</sup> De Instit. virginis, cap. 6, n. 41. Migne, Patrol. lat., tom. 16, col. 316.

<sup>b)</sup> Pontius, loc. cit., n. 12 et 14; S. Bonaventura, in 4, dist. 28, qu. 5; Gersonius, Compend. theol., tr. 3, de Matr., v. f.; Vasquez, disp. 129, cap. 3, n. 38; disp. 148, cap. 7, i. f.; et de Matr., disp. 3, cap. 5; Adrianus, in 4, de Matr., qu. 1, § Ad rationes, v. Ad secundum principale, dicunt pariter contrahentes esse materiam; formam vero, verba quae consensum exprimunt. — Praeterea Pontius, loc. cit., n. 13; Vasquez, de Matr., disp. 3, cap. 5, n. 70 et 71, negant distinguendam esse in hoc sacramento materiam remotam a materia proxima.

<sup>c)</sup> Comitolo, de Contractu, part. 1, cap. 4, loquitur de contractibus in generali, in quibus ut formam indicat n. 7, signum externum exprimens consensum; ut materiam vero, n. 9, id omne in quo contractus versatur.

Juxta S. Doctorem, materia remota ipsa corpora.

Proxima, traditio corporum.

Forma, mutua acceptatio.

Fines liciti et illiciti in contrahendo.

facit conjugium, sed pactio conjugalis; et S. Joannes Chrysostomus<sup>1</sup>: *Matrimonium non facit coitus, sed voluntas.*

881. - « Unde resolves:

« 1<sup>o</sup>. Valide et licite contrahi potest « cum pacto continentiae, sine intentione « prolis et remedii concupiscentiae. — « Ratio, quia non pugnat cum essentia « matrimonii. Et patet exemplo Beatae « Virginis et S. Josephi.

« 2<sup>o</sup>. Non videtur licitum contrahere « tantum propter voluptatem carnis vel « vanitatem; quia finis debet esse saltem « honestus. — Navarrus<sup>2</sup>, Sanchez<sup>3</sup>.

« 3<sup>o</sup>. Licite contrahitur in remedium « concupiscentiae (nihil aliud intendendo): « modo proles positive non impediatur; « hoc enim sub mortali non licet. Co- « ninck<sup>4</sup>, Pontius<sup>5</sup>, Hurtadus, Perez<sup>6</sup>: ex « I Cor. vii. — Hinc etiam conjuges pos- « sunt abstinere ab usu conjugii, et optare « ne plures accipiant liberos quam possint « alere: dummodo, ut dixi, positive non « impediatur nec abortum procurant. Pe- « rez<sup>7</sup>, Bonacina<sup>8</sup>, Navarrus<sup>a)</sup>, etc.

« 4<sup>o</sup>. Licite etiam contrahitur ob fines « honestos extrinsecos, fini intrinseco sa- « cramenti (qui est mutua animorum con- « junctio et conjugum sanctificatio) non « contrarios; v. gr. ad pacem inter regna « vel illustres familias componendam, vel « splendorem familiae conservandum. — « Ita contra Sanchez<sup>b)</sup> et Silvium<sup>b)</sup> docent « Praepositus<sup>c)</sup>, Pontius, Gaspar Hurta-

<sup>1</sup> Opus imperfect., homil. 82, ad v. 9. Inter opera spuria S. Joannis Chrysostomi. Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 56, col. 802. — <sup>2</sup> Man., cap. 22, num. 79. — <sup>3</sup> Lib. 2, disp. 29, a n. 14, et n. 27. — <sup>4</sup> Disp. 25, dub. 2, n. 16 et 14. — <sup>5</sup> Lib. 1, cap. 21, num. 4. — <sup>6</sup> Gasp. Hurta., disp. 4,

881. - <sup>a)</sup> Navarrus, Man., cap. 16, n. 9, habet tantum ultimam partem, scilicet: eum peccare qui eo modo coit, ut generationem impediatur.

<sup>b)</sup> Sanchez, lib. 2, disp. 29, n. 21 et 22, dicit esse veniale si principaliter propter hos fines contrahatur. — Silvius vero, in Suppl., qu. 49, art. 6, concl. 6, ait veniale esse, si quis matrimonio utatur causa valetudinis, quia, « licet finis intentus sit bonus, et medium quod eligunt sit sibi licitum, non est tamen proportio media ad finem ».

<sup>c)</sup> Praepositus, qu. 6, dub. 2, n. 9, utique negat esse peccatum; sed n. 10, hoc explicat eo modo ut videatur sua dicta paululum coarctare: « Non obstante [ratione sacramenti],

« dus, Diana<sup>d)</sup>, Martinus Perez<sup>9</sup>: ubi cum « Diana<sup>d)</sup> etiam permittit, ob divitias et « nobilitatem.

« 5<sup>o</sup>. Valide, sed illicite contrahitur « cum intentione negandi debitum, vi- « tandi prolem, vel etiam non educandi, « moechandi, etc.: nisi tamen talis inten- « tio in pactum deducatur, id est, nisi « adjiciatur tamquam conditio obligans. « ad aliquid contrarium essentiae matri- « monii. — Unde invalide contrahit qui « vinculum matrimonii vult tantum du- « rare per annum: vel reservat sibi « potestatem adulterandi, vel non red- « dendi debitum debite exigenti. Vide « Perez<sup>10</sup>, etc. <sup>11</sup> ».

882. - Tres fines in matrimonio consi- derari possunt: fines intrinseci essentiales, intrinseci accidentales, et fines accidentales extrinseci.

Fines intrinseci essentiales sunt duo: traditio mutua cum obligatione reddendi debitum, et vinculum indissolubile. — Fines intrinseci accidentales pariter sunt duo: procreatio prolis, et remedium concupiscentiae. — Fines autem accidentales extrinseci plurimi esse possunt, ut pax concilianda, voluptas captanda, etc. — His positis:

Certum est 1<sup>o</sup>. Quod si quis contrahe- ret, positive excludendo fines intrinsecos substantiales matrimonii (nempe, animo non reddendi debitum, vel contrahendi ad tempus), non solum peccaret, sed nul-

diff. 3, n. 9. — <sup>6</sup> Disp. 18, sect. 7, num. 6 et 8. — <sup>7</sup> Loc. cit., num. 5. — <sup>8</sup> De Matr., qu. 4, punct. 1, num. 12. — <sup>9</sup> Pont., loc. cit. — <sup>10</sup> Gasp. Hurta., loc. cit., num. 10 et 11. — <sup>11</sup> Disp. 18, sect. 7, num. 7 et 8. — <sup>12</sup> Disp. 18, sect. 6. — <sup>13</sup> Locis cit.

inquit, licebit contractum matrimonii inire etiam principaliter propter fines honestos matrimonio extrinsecos. Saltem haec nullum peccatum continebunt, si tantum sint causa applicationis ad hanc vel illam partem, ut si quis velit matrimonium inire ad prolem suscipiendam, sese autem applicet ad contrahendum cum hac vel illa propter ejus pulcritudinem, gratiam. Qua ratione excusari possunt contrahentes ab omni peccato, etiam veniali, cum communiter principaliter, saltem confuse, spectent finem intrinsecum matrimonii in suo contractu; caetera vero, ut causam applicationis.

<sup>d)</sup> Diana, part. 3, tr. 4, resol. 219, quam citat Busenbaum, non bene allegatur, cum

Fines intrinseci et extrinseci.

Positive excludens fines intrinsecos substantiales in valide contrahit.

Ministri, ipsi contrahentes; forma, verba consensum exprimentia.

Materia, juxta alios, verba exprimentia traditio- nem.

lum iniret matrimonium. Ita communiter omnes cum D. Thoma<sup>1</sup>. — Certum est 2<sup>o</sup>. Quod si quis excluderet duos fines *intrinsecos accidentales*, non solum valide, sed etiam licite posset quandoque contrahere (prout, si esset senex, et nuberet sine spe procreandi prolem, nec intenderet remedium concupiscentiae); sufficit enim ut salventur fines substantiales, ut supra. Et sic contraxerunt B. Virgo cum S. Joseph: qui utique non intenderunt procreationem prolis nec remedium concupiscentiae; et tamen validum quidem et licitum conjugium inierunt, ex Matth. 1, ubi: *Noli timere accipere Mariam conjugem tuam.*

Dubitatur 1<sup>o</sup>. *An venialiter peccet qui nubit principaliter ob remedium concupiscentiae?*

Prima sententia affirmat. Et hanc tenet S. Thomas<sup>2</sup>, quem sequuntur Navarrus<sup>a)</sup>, Natalis Alexander<sup>b)</sup>, Concina<sup>b)</sup>;

<sup>1</sup> In 4, dist. 31, qu. 1, art. 3. — <sup>2</sup> Suppl., qu. 49, art. 5, ad 2. — <sup>3</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 10, n. 1; cfr. disp. 3, punct. 3, n. 2. — <sup>4</sup> Tr. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 2, resp. 2. — <sup>5</sup> Lib. 6, part. 3, n. 286; cfr. n. 292. — <sup>6</sup> De Matr., n. 280; cfr. n. 455. — <sup>7</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 28; cfr. cap. 15, n. 56. — <sup>8</sup> Coninck, disp. 25, dub. 2, n. 16; cfr. disp. 34, n. 6. — <sup>9</sup> Dicast., de Matr., disp. 2, dub. 25, n. 303; cfr. disp. 9, dub. 2, n. 10. — <sup>10</sup> Lib. 1, cap. 21, n. 4; cfr. lib. 10, cap. 8, n. 5 et seqq. — <sup>11</sup> Gabriel Biel, Suppl. in 4, dist. 26, qu. 1, art. 3, dub. 2. — <sup>12</sup> Almain., in 4, dist. 26, qu. unic., v. Circa praedicta appa-

ibi disputet de eo qui contrahit « causa vitandae fornicationis ». Sed, *resol. 216*, negat esse peccatum, etiam veniale, contrahere « ob pulcritudinem, vel divitias ».

882. — <sup>a)</sup> Navarrus, *Man., cap. 22, n. 79*, (edit. latin. Venet. 1573) perspicue sententiam istam insinuat, dicens: « Contrahere principaliter... ob... finem qui de se mortalis non est, nec debitus finis principalis matrimonii, quamvis secundarius esse possit, est peccatum veniale ». Cfr. etiam versionem italic. Venetam 1575. — Nota praeterea S. Thomam, *loc. cit.*, loqui, non de contractu ipso, sed de actu matrimonii; et ita etiam Natalis Alexander, *de Matr., cap. 5, § 2, reg. 3 cum reg. 2 et 5*; Concina, *de Matr., diss. 4, cap. 8, a n. 5*. Sed profecto eadem videtur esse in hoc ratio de utroque, quamvis Natalis Alexander, *cap. 1, art. 3, reg. 5*, de intentione in contrahendo videatur tenere contrariam opinionem; postquam enim remedium concupiscentiae recensuit inter fines, propter quos matrimonium Deus instituit, scribit: « Hae igitur sunt causae, quarum aliquam sibi proponere quisque debet, qui pie et religiose, ut sanctorum filios decet, nuptias velit contrahere ».

<sup>b)</sup> Bossius, *de Matrim. Contractu, cap. 10*,

Bossius<sup>b)</sup> cum Silvestro<sup>b)</sup>, Henriquez<sup>c)</sup> et Ledesma<sup>d)</sup>; ac Sanchez<sup>b)</sup>. — Id probant ex auctoritate plurimorum SS. Patrum. Item probant ratione: quia, licet remedium concupiscentiae sit etiam finis honestus matrimonii, finis tamen primarius est procreatio prolis; unde contra rationis ordinem est, ut finis secundarius prae primario eligatur.

Secunda vero sententia, non minus communis nec minus probabilis, negat ullo modo peccare: modo contrahens non excludat finem procreandae prolis. Ita tenent Palaus<sup>3</sup>, Roncaglia<sup>4</sup>, Croix<sup>5</sup>, Holzmann<sup>6</sup>, Bossius<sup>b)</sup>; Salmant.<sup>7</sup> cum Coninck et Dicastillo; Pontius<sup>8</sup> cum Petro Soto<sup>e)</sup>, Gabriele, Almaino, Covarruvias, etc.; item Cajetanus<sup>b)</sup>, Major, Durandus<sup>b)</sup>, Richardus<sup>e)</sup>, Palacios, Sà, Medina, Philiarthus, Angles, Perez, Ugolinus, etc., apud Sanchez<sup>9</sup>. (Et id quod dicunt de sponsis, idem

*ret. - Covarr., de Matr., part. 2, cap. 1, § unic., n. 6, i. f. - Major, in 4, dist. 31, concl. 4; cfr. dist. 26, qu. 2. - Mich. de Palacios, in 4, dist. 31, disp. 2, v. Haec ergo sunt. - Sà, v. Debitum conjugale, n. 5. - Mich. Medina, de sacrar. homin. Continentia, lib. 3, cap. 13. - Philiarth., part. 2, lib. 4, cap. 19, v. Quinto. - Angles, Flores, part. 1, de Matr., qu. 5, diff. 4. - Didac. Perez, Comment. in Ordin. regni Castellae, lib. 5, tit. 1, leg. 1, § Tertia conclusio. - Ugolin., de Matrim., cap. 10, in fine. - <sup>9</sup> Lib. 9, disp. 9, num. 3.*

n. 263; et de *Effect. Matrim., cap. 7, n. 42 et 43*; Silvester, *v. Matrimonium IV, qu. 4*; Sanchez, *lib. 2, disp. 29, n. 26*, hanc sententiam tenent in casu dumtaxat quo generatio possibilis est; si vero generatio non sit possibilis, non erit peccatum. Et hanc eandem sententiam tenent Cajetanus, *Sum., v. Matrimonii peccata, § Primum igitur caput*; et Durandus, *in 4, dist. 31, qu. 4, n. 7, lit. E.*

<sup>c)</sup> Henriquez, *lib. 11, cap. 4, n. 2*, non loquitur de remedio concupiscentiae, sed solum de eo qui contrahit « ob causam minus bonam, ut delectationis, pulcritudinis aut divitiarum ».

<sup>d)</sup> Petrus Ledesma, *qu. 49, art. 5, dub. 3*, loquens de usu matrimonii, hanc sententiam utique probabilem existimat, sicut et secundam; sed probabilissimam omnium, eam quae negat ullum esse peccatum, quando talis usus est remedium moraliter necessarium. Et in *resp. ad 2*, de intentione in contrahendo eandem sententiam tenet.

<sup>e)</sup> Petrus de Soto, *lect. 16, de Matr., v. Secundum*, testatur plures auctores ita sentire; ipse vero tenet esse veniale. — Richardus de Mediavilla, *in 4, dist. 31, art. 3, qu. 2, corp.*, problematice, ut ait Sanchez, hanc sen-

asserunt de conjugibus qui copulam habent<sup>f)</sup> principaliter ad concupiscentiam sedandam). Ratio hujus sententiae est, quia matrimonium est a Deo institutum, non solum ad prolem procreandam, sed etiam in remedium concupiscentiae; ut probatur ex Apostolo (I Cor. vii, 2), ubi: *Propter fornicationem..., unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat.*

Huic tamen textui respondet S. Thomas<sup>1</sup>, sic dicens: *Si aliquis per actum matrimonii intendat vitare fornicationem in conjugee, non est aliquod peccatum; quia haec est quaedam redditio debiti... Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas; et secundum hoc, est peccatum veniale: nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundum indulgentiam, quae est de peccatis venialibus.* — Sed venia tanti Doctoris (cujus sententiis universe obsequi in caeteris ego studui) magis propria videtur interpretatio S. Joannis Chrysostomi, cujus verba mox infra afferam, et quem sunt secuti Estius, Salmeron<sup>2)</sup> et Cornelius: nempe, quod illud *propter fornicationem*, non intelligitur de vitanda fornicatione conjugis, sed propria. Idque videtur patere ex contextu ejusdem Apostoli (in dicto cap. vii), ubi dicitur: *Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem habeat, et unaquaeque suum virum habeat.* En quomodo Apostolus viris consilium praebet ut abstineant a tactu mulierum; si vero ipsi in periculo sint incontinentiae, ne incidant in fornicationem, remedium non solum permittit,

sed suadet, dicendo *unusquisque suam uxorem habeat.* — Et quamvis addat: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium*: id tamen profert pro iis qui non sunt incontinentes, quibus tantum permittit nubere; sed suadet a nuptiis abstinere, dum ait: *Dico autem non nuptis et viduis: bonum est illis si sic permaneant, sicut et ego.* Neque hic indulgentia importat permissionem culpae venialis; verius enim, ut ait Pontius cum Estio<sup>3)</sup>, Salmerone et Cornelio<sup>4)</sup>, indulgere non est veniam dare ad leviter peccandum, sed permittere ut licitum.

<sup>1</sup> Suppl., qu. 49, art. 5, ad 2. — *Estius*, in I Cor. vii, 2 et 3. — *Cornel. a Lapide*, in eumd. loc. — *Pontius*, lib. 1,

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

cap. 21, n. 4. — *Salmeron*, in I Cor., disp. 10, vers. fin. disputat., § *Unde adject.*

*Audi Paulum dicentem:* Ad vitandas scortationes, quisque suam uxorem habeat, etc. *Ut scortationem vitemus, ut morderemur concupiscentiam... contenti uxore propria, hoc nobis affert conjugium, hic ejus fructus, hoc inde lucrum est... in hoc quaerendae nuptiae, ut ad vitam pudice degendam nos adjuvent.* Ita S. Doctor<sup>1</sup>.

Ad auctoritates SS. Patrum quae opponuntur, respondet auctor Petrocorensis<sup>2</sup>, quod ideo Patres conjuges damnant, quia eos libidinis impetum sequi supponunt.

Ad rationem autem contrariae sententiae, nempe quod sit deordinatio eligere finem secundarium prae primario: respondetur quod deordinatio quidem esset, si ordinaretur finis primarius ad secundarium; sed non, si ex duobus finibus licitis secundarius prae primario eligatur. — Hujusmodi tamen fines intrinseci accidentales (vel procreandae prolis vel vitandae incontinentiae), ut honesti sint, oportet ut referantur ad Deum, si non actualiter, saltem virtualiter aut habitua-

<sup>1</sup> Homil. *Quales ducendae sint uxores*, n. 5; Migne, Patrol. graeco-lat., tom. 51, col. 232. — <sup>2</sup> De Matr., cap. 11, qu. 2, v. *Sed quia*. — <sup>3</sup> Lib. 9, disp. 8, n. 3. — <sup>4</sup> Lib. 10, cap. 8, n. 2. — <sup>5</sup> De Effect. matr., cap. 7, n. 17. — *Regin.*, lib. 31, n. 336. — *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 40, n. 1. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 9, n. 317. — <sup>6</sup> Tr. 28, disp. 2,

liter<sup>3</sup>; ut communiter tradunt Sanchez<sup>4</sup>, Pontius<sup>5</sup>; et Bossius<sup>6</sup> cum Reginaldo, Villalobos, Filliuccio, etc.

883. — Dubitatur 2<sup>o</sup>. *An sit licitum contrahere matrimonium principaliter ob fines accidentales extrinsecos*, nempe ob voluptatem captandam, pacem familiarum conciliandam, et similia?

*Prima* sententia affirmat. Et hanc tenent Pontius<sup>7</sup>, Palaus<sup>8</sup>; et Salmant.<sup>9</sup> cum Cajetano, Coninck<sup>10</sup> et Gabriele; ac probabilem putat Sporer<sup>8</sup> cum Tamburinio: modo non excludatur finis debitus intrinsecus, ut supra. — Ratio, quia semper ac finis debitus retinetur, non est illicitum nuptias ad fines indifferentes ordinare. Tunc enim finis (v. gr. voluptatis) non est principalis, sed tantum impellens ad contrahendum matrimonium, quo jam cohonestatur voluptas.

*Secunda* sententia negat; et hanc tenent D. Thomas<sup>11</sup>, Sporer<sup>9</sup>, Tamburinius<sup>10</sup>, Roncaglia<sup>11</sup>, et Sanchez<sup>12</sup>, citans S. Augustinum et S. Anselmum. — Ratio, quia non potest esse immune ab aliqua

punct. 10, n. 3. — <sup>7</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 30. — *Cajetan.*, Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 3. — *Gabriel a S. Vinc.*, disp. 1, qu. 4, num. 40. — <sup>8</sup> Part. 4, cap. 1, num. 298. — *Tambur.*, de Matr., tr. 4, cap. 2, § 3, n. 13. — <sup>9</sup> Loc. cit., n. 297. — <sup>10</sup> Loc. cit., num. 11. — <sup>11</sup> Tract. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 2, resp. 2.

<sup>c)</sup> Sanchez, *lib. 9, disp. 11, n. 4*, ubi citat S. Augustinum et S. Anselmum, loquitur de usu matrimonii, quem dicit esse veniale, si fiat propter solam delectationem; et ita revera habet S. Augustinus, *de Bono conjug.*, cap. 6 (Migne, Patrol. lat., tom. 40, col. 377, 378) et *contra Julian.*, lib. 5, cap. 9, n. 40 (Migne, Patrol. lat., tom. 44, col. 807 et 808). — S. Anselmus vero a Sanchez citatur ut qui idem dicat in locum D. Pauli (I Cor. vii): *Hoc autem secundum indulgentiam dico*; sed id apud S. Anselmum reperire nequivi; idem tamen tum de usu tum de ipso contractu Matrimonii indicat, *de Nupt. consanguineor.*, cap. 6, ubi scribit: « Non quod negem nuptias sanctas et cubile immaculatum, quae legitime et cum timore Dei celebratae pio amore matrimonium, quo nubentes efficiuntur unus spiritus, ex quo facti sunt una caro, et amore sancto et desiderio generandae prolis, sic contegunt honestate sui, et absorbent quodammodo illam humanae generationis poenalem turpitudinem ». Migne, Patrol. lat., tom. 158, col. 560. — Sed de intentione in ipso contractu Sanchez loquitur *lib. 2, disp. 29*; et *n. 21*, dicit veniale esse « ad alios fines [praeter sobolem

Contra-  
here princi-  
paliter ob  
fines extrin-  
secos acci-  
dentales, ju-  
cta alios, li-  
citur.

Juxta  
alios, illicitum.

deordinatione, velle ordinare rem sacram ad profanum, et matrimonium contrahere ob fines alienos ab illis per quos nuptiae sunt licitae.

Ego puto distinguendum: Si finis sit per se *honestus*, nimirum pax populi, amor inter consanguineos, honoris familiae conservatio, sanitatis tuendae, et similis: tunc puto dicendum cum Busenbaum (ut supra, *n. 881, ad 4*), Pontio<sup>1</sup>, Coninck<sup>2</sup> et Palao<sup>3</sup> (qui id habet ut certum<sup>4</sup>), contra<sup>5</sup> Sanchez) licite matrimonium contrahi. Quia haec non est deordinatio, ut mox supra diximus, eligere aliquem ex finibus secundariis honestis prae fine primario: modo iste non excludatur. — Secus vero, si finis *non sit honestus*, nempe si sit voluptatis, vel cupiditatis divitiarum aut vani honoris; ut tenent Busenbaum (*n. 881, ad 2*) cum Navarro et Sanchez, et Viva<sup>4</sup> cum communi.

884. — « 6<sup>o</sup>. Contrahentes, ut non peccent, debent esse in gratia, etiam tunc « quando per procuratorem contrahunt; « quia verum sacramentum suscipiunt, « licet dormiant. Secus est de procuratore per quem contrahunt: uti et de sacerdote copulante; quia nec suscipit « nec administrat sacramentum, sed tantum ut testis assistit. Card. de Lugo<sup>5</sup> ». — [Ita etiam Salmant.<sup>6</sup> cum Sanchez et communi].

<sup>1</sup> Lib. 1, cap. 21, n. 13. — <sup>2</sup> Disp. 25, dub. 2, n. 17 et 18. — <sup>3</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 10, n. 3. — *Navarr.*, Man., cap. 22, n. 79. — *Sanck.*, lib. 2, disp. 29, n. 27. — <sup>4</sup> De Matr., qu. 3, art. 2, n. 4. — <sup>5</sup> De Sacram. i. g., disp. 8, n. 135. — <sup>6</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 10, 89 et 92. — *Sanck.*, lib. 2, disp. 6, a num. 3; et disp. 11, num. 29 et 30. — <sup>7</sup> Tract. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 6, resp. 1. — <sup>8</sup> De Matr., qu. 2, punct. 5, n. 12

vel remedium concupiscentiae] indifferentes, matrimonio tamen extraneos, ut pulcritudinem, divitias», matrimonium principaliter ordinare; idemque esse, *n. 22*, si principaliter ordinetur ad paces componendas. Haec tamen intelligenda sunt quando ii sunt fines principales, non vero quando sunt causa dumtaxat secundaria seu applicationis ad contrahendum. Ex quo infert, *n. 25*, « communiter excusari a veniali contrahentes matrimonium ob fines indifferentes, matrimonio extraneos, quia communiter non eligunt ut fines, sed ut rationem applicationis ad matrimonium, vel ad matrimonium cum tali; et manet finis matrimonii debitus, etiamsi de illo nihil cogitent, quia eo ipso quod matrimonium contrahere

Peccaret autem mandans, si tunc esset in mortali, eodem modo ac si per se contraheret. Roncaglia<sup>7</sup>; et Bonacina<sup>8</sup> cum Rebello, Coninck, Gutierrez, etc. — Et peccaret quidem dupliciter peccato sacrilegii: primo, quia indigne susciperet sacramentum; secundo, quia indigne ministraret (ut dicemus *n. 897 et seq.*). Sed hoc ultimum probabiliter non est mortale, juxta dicta *de Sacram. in gen.*, n. 32; cum sponsi non sint ministri ad tale sacramentum consecrati.

885. — Notandum hic quod, ut procurator contrahat matrimonium nomine alterius, plura requiruntur, scilicet:

1<sup>o</sup>. *Speciale mandatum*: ad quod autem non requiritur scriptura, sed sufficit si detur oretenus; ut dicunt Sanchez<sup>9</sup>, Salmant.<sup>10</sup>; et Palaus<sup>11</sup> cum Gutierrez et Perez<sup>12</sup>. — Nec requiritur diversitas sexus: unde bene hoc officium gerere possunt duo mares vel duae feminae; ut Sanchez<sup>13</sup>; et Palaus<sup>13</sup> cum Gutierrez.

2<sup>o</sup>. Ut mandatum sit de contrahendo cum *determinata* persona. — Vide Salmant.<sup>14</sup>.

3<sup>o</sup>. Ut procurator *per se* contrahat; non potest enim ipse alium delegare, nisi habeat expressam et specialem a mandante licentiam. — Et haec tria habentur expresse<sup>b)</sup> in *cap. fin. de procurat. in 6<sup>o</sup>*.

et 13. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 5, n. 11. — *Coninck*, disp. 24, dub. 2, num. 23. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 43, n. 23. — <sup>9</sup> Lib. 2, disp. 11, n. 3 et 14. — <sup>10</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 97. — <sup>11</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 1 et 7. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 43, num. 3 et 16. — <sup>12</sup> Loc. cit., num. 15. — <sup>13</sup> Loc. cit., num. 7. — *Gutierr.*, loc. cit., n. 17. — <sup>14</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 97.

intendunt, nisi finem debitum expresse excludant, illum virtute et implicite intendunt ».

<sup>a)</sup> Id ut certum habet Palaus, in quantum scilicet absolute sic tenet, nec loquitur de contrariae sententiae probabilitate.

885. — <sup>a)</sup> Didacus Perez, quem Palaus citat ad probandum scripturam non esse necessariam, dicit tantum in *Comment. in Ordinatio. regni Castel.*, lib. 5, tit. 1, leg. 1, v. *Quid autem sit in matrim.*, matrimonium posse inter absentes contrahi « per nuntium vel epistolam ad hoc specialiter constitutam ».

<sup>b)</sup> Haec tria in citato capite habentur, videlicet: 1<sup>o</sup> ut procurator habeat speciale mandatum; 2<sup>o</sup> ut alium sibi non substituat, nisi ad hoc speciale mandatum habuerit; 3<sup>o</sup> ut

Quaenam  
requirantur  
in procura-  
tore.

4°. Ut mandatum non sit revocatum (nec etiam<sup>c)</sup> mentaliter) a mandante, antequam matrimonium celebretur. Sanchez<sup>1</sup>, Palaus<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Pontio et Bonacina. — Et hoc currit, etiamsi revocatio fiat tacite, nempe si quis mandatum dederit contrahendi cum una, et postea celebret sponsalia cum alia. Sanchez<sup>4</sup>; et Palaus<sup>5</sup> cum Covarruvias, Coninck et Gutierrez.

5°. Ut procurator ostendat mandatum parochi et testibus, et coram eis contrahatur matrimonium, iuxta formam Tridentini. — Non requiritur autem ut coram eisdem tradatur mandatum procuratori ex parte mandantis. Sanchez<sup>6</sup>; et Salmant.<sup>6</sup> cum Pontio<sup>e)</sup>, Bonacina<sup>e)</sup>, etc.

6°. Ut procurator limites mandati non excedat. — In hoc tamen advertendum quod si conditio sit requisita a mandante, scilicet ut contrahatur cum tali dote, tali tempore, etc.; si non servatur conditio, matrimonium erit nullum. Sanchez<sup>7</sup>, Roncaglia<sup>8</sup> et Coninck<sup>9</sup>.

<sup>1</sup> Lib. 2, disp. 11, n. 6 et 9. — <sup>2</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 2. — <sup>3</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 98 et 100. — <sup>4</sup> Pont., lib. 2, cap. 15, n. 8 et 11. — <sup>5</sup> Bonac., qu. 2, punct. 5, n. 7. — <sup>6</sup> Loc. cit., n. 10. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 2. — <sup>8</sup> Covar., de Matr., part. 2, cap. 4, init., n. 14. — <sup>9</sup> Coninck, disp. 24, dub. 9, n. 69. — <sup>10</sup> Gutierr., de Matr., cap. 43, n. 28. — <sup>11</sup> Tract. 9, cap. 3, n. 102. —

Si vero conditio sit requisita a jure, nempe ut contrahatur praemissis denuntiationibus, obtenta licentia episcopi, etc., tunc validum erit matrimonium sine ipsis initum; ut communiter dicunt Bonacina<sup>10</sup>, Sanchez<sup>11</sup>, Navarrus<sup>f)</sup>; et Salmant.<sup>12</sup> cum Palao, Trullench, Reginaldo<sup>f)</sup>, Diana<sup>g)</sup>, etc. Quia matrimonium sine illis per se est validum, quamvis illicitum: ergo sic etiam, cum celebratur per procuratorem; talis enim forma apponitur ad rite faciendum actum, sed non ut conditio, sine qua mandatum sit invalidum.

886. — Queritur hic: an, si quis dederit mandatum sine animo contrahendi, sed ante celebrationem matrimonii mandatum ratificavit, tunc valide matrimonium contrahatur?

Negant Palaus<sup>13</sup> et Coninck<sup>14</sup>; quia mandatum illud, deficiente animo contrahendi, fuit nullum; et ideo non potuit solo consensu revalidari, sed oportet ut denuo consensu expresso constituatur. —

<sup>10</sup> Lib. 2, disp. 11, n. 17. — <sup>11</sup> Tr. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 6, resp. 2. — <sup>12</sup> Disp. 24, dub. 9, n. 69. — <sup>13</sup> Qu. 2, punct. 5, n. 9. — <sup>14</sup> Loc. cit., n. 18. — <sup>15</sup> Loc. cit., n. 101. — <sup>16</sup> Palaus, tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 3. — <sup>17</sup> Trull., de Sacram., lib. 7, cap. 3, dub. 7, n. 14. — <sup>18</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 9, n. 2. — <sup>19</sup> Disp. 24, dub. 9, n. 72.

Probabilius validum.

Sed affirmant Sanchez<sup>1</sup>, Bonacina<sup>a)</sup>, Roncaglia<sup>2</sup>; et Salmant.<sup>3</sup> cum Trullench. Ratio, quia procurator ideo valide contrahit, in quantum suis verbis significat voluntatem, non jam praeteritam, sed praesentem mandantis; sufficit igitur quod tempore quo contrahit, adsit voluntas mandantis, ut valeat actus. — Haec videtur probabilior; sed primam non censeo improbabilem.

In talibus autem nuptiis, parochus interrogare debet procuratorem: *Vis in uxorem Luciam, nomine N. N.?* Et feminam: *Vis in maritum Franciscum, mediante praesente suo procuratore?* — Vide Salmant.<sup>4</sup>

Matrimonium autem per epistolam contrahitur, quando unus, ex. gr. sponsus scribit ad sponsam, se illi tradere in maritum, et ex tunc eam acceptare in uxorem; et sponsa idem rescribit viro; et uterque postea epistolas legit coram parochi et testibus. — Sed quando vir scribit feminae, se illi in virum tradere, et acceptare illius consensum ex tunc quo illa praestiterit: tunc, licet femina non rescribat, sufficit ut matrimonium contrahatur, si femina coram parochi et testibus litteras aperiat et consensum praestet. — Ita Sanchez<sup>5</sup>; Salmant.<sup>6</sup> cum

Quid de matrimonio per epistolam.

Si mandatum sine animo contrahendi ratum habeatur ante matrimonium:

Non improbabilius matrimonium invalidum.

matrimonium sit invalidum, si mandatum sit revocatum antequam contrahatur, etiamsi hanc revocationem ignoret.

c) Ampliatio haec (quam praetermittit Bonacina) valet pro foro conscientiae tantum, ut notant Sanchez, Salmant. et Pontius.

d) Haec videtur clarius ex ipso Sanchez explicanda. Igitur Sanchez, lib. 2, disp. 11, n. 23, negat exigi ut mandatum detur procuratori, praesente parochi et testibus; et ait satis esse ut procurator contrahat coram istis. Et *ibid.*, n. 24, quaerit utrum «necessarium sit ut parochus et testes, dum assistunt matrimonio contracto per procuratorem, videant mandati litteras», et remittit lectorem ad lib. 5, disp. 8, n. 24, ubi negat id requiri ad valorem matrimonii, et affirmat exigi solum ut parochus et testes plene testificentur de matrimonio; haec sunt ejus verba: «Quando aliqui contrahunt per procuratorem, non est opus ut parochus et testes videant litteras, in quibus continetur potestas procuratoris, ut praxis totius Ecclesiae recepit; alias deberent esse viri docti, ut scirent an ea potestas sit sufficiens necne; at non possunt plene testificari de matrimonio, nisi supposita veritate illius potestatis procuratoris... Non videtur mens

concilii, ut plene et integre possint parochus et testes de matrimonio testificari, sed ut sint testes consensus de praesenti, quamvis valor matrimonii pendeat ex alicujus veritatis suppositione, ut constat ex matrimonio contracto per procuratorem, in quo ut parochus et testes plene testentur de matrimonio, oportet ut videant potestatem procuratoris, et sciant esse sufficientem nec revocatam».

e) Pontius, quidquid dicant Salmant., id non habet. — Bonacina autem, loc. cit., n. 5, id tantum requirit (quod ad praesens attinet) quod contrahat «coram parochi et testibus, alioquin invalide celebrat».

f) Navarrus, Man., cap. 22, n. 78, rationem dumtaxat habet hujus dicti, scilicet: matrimonium, quod quis contra prohibitionem episcopi, iudicis vel parochi contrahit, validum esse, si impedimentum quod opponeretur revera non existat. — Et pariter Reginaldus, lib. 31, n. 179, dicit validum esse matrimonium, cui delegatus assistit, non exsequens aliquid quod habet in mandatis, v. g. ut non procedat ad matrimonium nisi factis denuntiationibus, etc.

g) Diana, part. 3, tr. 4, resol. 250, hoc dumtaxat refert ex Villalobos.

Diana<sup>b)</sup> et Villalobos<sup>b)</sup>; ac Palaus<sup>b)</sup> cum Navarro<sup>c)</sup>, Molina<sup>c)</sup>, Coninck<sup>d)</sup>, Henriquez<sup>c)</sup> et Gutierrez<sup>c)</sup>.

«7°. Coniux habet potestatem in alterius corpus, sed non ad exercendam «libidinem generationi adversantem».

887. — «8°. Requiritur consensus de praesenti, verbo, scripto, aut nutibus «expressus».

«Sufficit tamen 1° exprimere per «alium, ut si parentes pro filiis contrahant, his tacentibus. Vide Diana<sup>7</sup>». [Id quod dictum est de sponsalibus filiorum, quae, ipsis tacentibus, a parentibus contrahuntur (vide ex numero 838), idem dicitur de ipsorum matrimonio, tali modo inito. Vide Salmant.<sup>8</sup> cum D. Thoma, Sanchez, Bonacina, Covarruvias, etc.]. — «Sufficit etiam 2° si alterius consensui praecedenti, et non revocato, alterius accedat. «Unde, si quis coram parochi non vere «consenserit, satisfacit consentiendo potestati. Vide Diana<sup>9</sup>».

Vir autem fecte matrimonium contrahens tenetur ducere; ut docent Lugo<sup>10</sup> et Croix<sup>11</sup> cum Sanchez<sup>12</sup>; etiamsi adsit disparitas<sup>a)</sup>, quae (ut ait Lugo) raro excusat. — Excipitur tantum: 1) Si fraus mulieris intercesserit; ut declaravit S. Congregatio. Vide Patrem Zaccaria apud Croix<sup>b)</sup>. —

Quam potestatem coniux habeat in corpus alterius.

Ad matrimonium qualis consensus requiratur.

Ficte contrahens ad quid teneatur.

<sup>1</sup> Lib. 2, disp. 11, num. 13. — <sup>2</sup> Tr. 21, qu. 2, cap. 1, qu. 6, resp. 2. — <sup>3</sup> Tr. 9, cap. 3, n. 104. — <sup>4</sup> Trull., de Sacram., lib. 7, cap. 3, dub. 7, n. 12. — <sup>5</sup> Loc. cit., n. 107. — <sup>6</sup> Lib. 2, disp. 12, n. 3. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 108. — <sup>8</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 272. — <sup>9</sup> Tr. 9, cap. 6, n. 61. — <sup>10</sup> D. Thom., in 4,

dist. 27, qu. 1, art. 2, solut. 2, ad 3. — <sup>11</sup> Sanchez., lib. 1, disp. 23, n. 3. — <sup>12</sup> Bonac., qu. 2, punct. 1, n. 6. — <sup>13</sup> Covar., de Matr., part. 2, cap. 4, init., n. 7. — <sup>14</sup> Part. 3, tr. 4, resol. 292. — <sup>15</sup> De Just. et Jure, disp. 12, n. 35. — <sup>16</sup> Lib. 6, part. 3, n. 257. — <sup>17</sup> Lib. 1, disp. 11, n. 4.

886. — a) Bonacina, qu. 2, punct. 5, n. 6, hanc opinionem a contrario insinuat, seu eam supponit, dicens: «Qui ficte constituit procuratorem ad contrahendum suo nomine matrimonium, et tempore contractus matrimonii non abstulit fictionem nec interius sensit, non censetur valide celebrasse matrimonium in foro conscientiae; nam contractus celebratus sine consensu non est validus».

b) Diana et Villalobos citantur utique hic a Salmant.; sed Villalobos, part. 1, tr. 13, diff. 10, n. 2, secundum tantum modum habet. Et hunc Diana, loc. cit., resol. 250, ex eodem Villalobos dumtaxat refert. — Palaus pariter, loc. cit., n. 11, secundum modum tantum habet, sed paululum immutat.

c) Navarrus, lib. 4, consil. 6, n. 9, de cognat. spirit.; Molina, de Just. et Jure, tr. 2, disp. 254, n. 1; Henriquez, lib. 11, cap. 2, n. 6; Gutierrez, de Matr., cap. 45, n. 4, a

Palaus citantur pro hoc asserto tantum, quod scilicet matrimonium potest per litteras contrahi; Gutierrez tamen non bene. Ast Henriquez habet etiam secundum modum qui refertur hic a S. Alphonso; et Gutierrez, n. 2, utrumque.

d) Coninck, disp. 24, n. 80, diverso modo ponit primum casum: «Si Catharina prior, inquit, scripsit Petro, se in eum de praesenti consentire; et inde Petrus, remissis iisdem litteris, scribat se ejus consensum acceptare, et similiter in eam de praesenti consentire, et utraque litterae a Catharina coram parochi et testibus legantur, et Petri consensus acceptetur».

887. — a) Quae tamen non sit notabilis, limitat Sanchez.

b) Declaratio S. Congr. Conc., quam P. Zaccaria ad Croix, lib. 6, part. 3, n. 258, affert, non est ad rem; ibi enim 1° ficte contrahens

Excipitur 2) Si nullum damnum sit puellae obventurum; ut ajunt Sanchez<sup>1</sup>; et Croix<sup>2</sup> cum Palao<sup>c)</sup> et Krimer.

Certum est apud omnes (exceptis paucis quos refert Bossius<sup>3</sup>), ad contrahendum valide matrimonium *verba non esse necessaria*; ut docent D. Thomas<sup>4</sup>, Belarminus<sup>5</sup>, Sanchez<sup>6</sup>, Roncaglia<sup>7</sup>; et Bossius<sup>8</sup> cum Panormitano, Navarro, Covarruvias, et alii passim. — Probatur ex cap. 23, de sponsal., ubi muti et surdi valide quidem nubunt; et ex cap. unic., § fin., de despons. impub. in 6<sup>o</sup>, ubi dicitur, ad matrimonium filiae sufficere consensum parentum, si ipsa taceat<sup>d)</sup>; item ex cap. Is qui fidem, de sponsal., ubi olim sponsalia per copulam in matrimonium transibant. Ex quibus canonibus infertur, verba non esse necessaria; cum ibi sufficiat ad contrahendum consensus, signis tantum expressus, et etiam praesumptus<sup>e)</sup>. Clarius id probatur ex cap. Tuae fraternitati 25, de sponsal., ubi, ad quaesitum: *Utrum ex solis verbis... matrimonium contrahatur?* Innocentius III sic respondit: *Matrimonium in veritate con-*

<sup>1</sup> Lib. 1, disp. 11, n. 5. — <sup>2</sup> Lib. 6, part. 3, n. 257. — *Krimer*, in 4 decretal., qu. 1, art. 5, § 1, n. 529. — <sup>3</sup> De Matr. Contr., cap. 3, n. 41. — <sup>4</sup> In 4, dist. 27, qu. 1, art. 2, solut. 2, ad 2 et 3. — <sup>5</sup> De Matr., cap. 8, ad 2. — <sup>6</sup> Lib. 2, disp. 31, n. 5. — <sup>7</sup> Qu. 2, cap. 2, qu. 1, resp. 2. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 44. — *Panorm.*, in cap. Tuae fraternitati, num. 2, de sponsal.

erat ipsa mulier, non vir; 2<sup>o</sup> fictio illa nota erat viro, ut ipse Zaccaria ingenue fatetur, et fraus non ad virum referebatur, sed ad eos qui mulierem in fortalio Mutinensi detinebant, usquedum viro suae conditionis nuberet; 3<sup>o</sup> denique non fuit quaesitum a S. C. an vir aut mulier ducere teneretur, sed: « An matrimonium sit nullum in casu ». Cui responsum datum fuit: « Affirmative et amplius ». Habetur in Thesaurio Resol. S. C. C. 9 Junii 1725, in una *Mutinen.* Matrimonii.

<sup>c)</sup> Palao, quem revera hic citat Croix, loquitur de sponsalibus de futuro, *tr. 28, disp. 1, punct. 2, n. 3*, et dicit eum qui virginem sub ficta promissione matrimonii defloravit, teneri illam ducere ex damno, quoties mulier aliunde (sola enim disparitas per se non sufficeret) non habuerit occasionem percipiendae deceptionis.

<sup>d)</sup> In hoc capite agitur de impuberum desponsatione, quae utique vim sponsalium de futuro habebant. Sed omnino cfr. ea quae supra, *num. 338*, nota a, ex decreto *Ne temere* notavimus.

<sup>e)</sup> Leo XIII, suo decreto *Consensus mu-*

*trahitur per legitimum viri et mulieris consensum; sed necessaria sunt, quantum ad Ecclesiam, verba consensum exprimentia de praesenti: nam surdi et muti possunt contrahere matrimonium per consensum..., sine verbis.*

888. — An autem verba sint necessaria de praeepto?

Alii affirmant, ut Aversa, Cornejo et Rodriguez, apud Salmant.<sup>9</sup> Et probant ex verbis mox supra relatis (in citato cap. Tuae fraternitati): *Sunt necessaria, quantum ad Ecclesiam, verba*, etc. — Et ideo sentiunt peccare graviter sponso qui signis tantum consensum exprimunt, cum possint verbis<sup>a)</sup>.

Alii autem negant verba esse de praeepto: ita Pontius<sup>10</sup>, Palao<sup>11</sup>, Viva<sup>12</sup> et Diana<sup>b)</sup>. Quia (ut ajunt) nullibi patet tale adesse praeeptum. — Respondent autem ad praefatum textum, Pontificem ibi minime intendisse excludere alia signa consensum exprimentia; et dixisse necessaria esse verba quantum ad Ecclesiam, non quoad substantiam actus, sed quoad faciliorem conjugii probationem. Et sic sentit

*Navar.*, Man., cap. 22, n. 20; et Consil. 5, n. 12, de sponsal. — *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 4, init., a n. 1. — *Aversa*, qu. 3, sect. 2, v. Quarto. — *Cornejo*, disp. 4, dub. 2, qu. 2. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 214, n. 5. — <sup>9</sup> Tr. 9, cap. 6, n. 52. — <sup>10</sup> Lib. 2, cap. 7, n. 14. — <sup>11</sup> Tr. 28, disp. 2, punct. 7, n. 5. — <sup>12</sup> De Matr., qu. 4, art. 2, n. 1.

*tuus*, 15 Februar. 1892, abrogavit canones et alias quascumque juris canonici de conjugii praesumptis dispositiones, etiam speciali mentione dignas. « Simul (ita pergit) per has litteras nostras decernimus ac mandamus, ut deinceps illis in locis in quibus conjugia clandestina pro validis habentur..., copula carnalis sponsalibus superveniens non amplius ex juris praesumptione conjugalis contractus censetur, nec pro legitimo matrimonio agnoscat seu declaretur. Hujus tamen auctoritate decreti induci nolumus necessitatem formae Tridentinae servandae ad matrimonii validitatem, ubi illa forma modo non viget ».

888. — <sup>a)</sup> Etsi Salmant. hanc opinionem tribuunt citatis auctoribus; at sane solus Aversa dicit: « Videtur » esse mortale. — Cornejo autem: « Notandum tamen est, inquit, mortale non semper esse agere contra hoc praeeptum, ut si id fiat ex negligentia aut absque scandalo ». — Rodriguez denique dicit verba esse necessaria ex praeepto; sub quaenam autem peccato non explicat.

<sup>b)</sup> Diana, *part. 3, tr. 4, resol. 248*, opinionem aliorum dumtaxat refert.

Juxta alii sunt necessaria praeepti gravi.

Juxta alii non sunt praeepti.

Probabilius, de praeepto levi.

Donatio annuli vel traductio sponsae, signum per se insufficient.

Manum porrigere, signum sufficiens.

Manum non retrahere verius insufficient.

etiam Glossa<sup>1</sup>, dicens: *Non contrahitur sine verbis..., vel per aliquod aliud..., per quod intelliguntur consentire.* — Ac ideo ait Pontius, Tridentinum<sup>2</sup> nihil aliud requirere, nisi quod parochus viro et muliere interrogatis, et eorum mutuo consensu intellecto..., dicat: *Ego vos in matrimonium conjungo, etc.*

Alii vero probabilius dicunt verba requiri, sed tantum sub culpa veniali: ita Sanchez<sup>3</sup>, Roncaglia<sup>c)</sup>; et Bossius<sup>4</sup> cum Coninck<sup>d)</sup>, Filliuccio<sup>e)</sup>, Ledesma et Henriquez. Quia alia ageretur contra consuetudinem Ecclesiae. — Sed a tali culpa bene excusaret verecundia aut alia rationabilis causa.

889. — Certum autem est quod donatio annuli, vel traductio sponsae in domo sponsi<sup>a)</sup> de se non sunt signa sufficientia ad contrahendum matrimonium: nisi haec ex consuetudine loci habeant consensum significare. — Ita communiter Sanchez<sup>5</sup>, Pontius<sup>6</sup> et Salmant.<sup>7</sup>, et alii passim.

Sufficiens vero est signum, si viro exprimenti consensum femina manum porrigat; ut communiter auctores citati.

An autem sufficiat, si manum non retrahat a viro manum porrigente? — Pari- ter affirmant Pontius<sup>8</sup> et Viva<sup>9</sup>. — Sed verius huic contradicit Sanchez<sup>10</sup>, ex cap. 1, de sponsa duorum, ubi sic dicitur: *Fides autem consensus est, quando, etsi non stringit manum, corde tamen et ore consentit ducere.* Unde, non sufficit ad contrahendum quod alter manum non retrahat

<sup>1</sup> In dict. cap., ad v. Verba. — *Pont.*, lib. 2, cap. 7, n. 14. — <sup>2</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>3</sup> Lib. 2, disp. 31, n. 10. — <sup>4</sup> De Matrim. Contractu, cap. 3, num. 48. — *Petr. Ledesma.*, qu. 45, art. 2, dub. 2, concl. 3. — *Henric.*, lib. 11, cap. 2, n. 6, lit. m. — <sup>5</sup> Lib. 1, disp. 22, n. 1 et 2. — <sup>6</sup> Lib. 2, cap. 11, n. 3 et seqq. — <sup>7</sup> Tr. 9, cap. 6, n. 60. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 8. — <sup>9</sup> De Matr., qu. 4, art. 2, n. 2, i. f. — <sup>10</sup> Lib. 1,

<sup>c)</sup> Roncaglia, *qu. 2, cap. 2, qu. 1, resp. 2*, negat esse mortale.

<sup>d)</sup> Coninck, quamvis hic a Bossio citetur, videtur tamen, *disp. 24, dub. 8, n. 66*, potius adhaerere secundae opinioni: « Omnino decet, inquit, eos qui loqui possunt verbis suum consensum exprimere, quia hoc est fere necessarium, ut omnino clare tam partibus quam Ecclesiae de eo constet...; quare parochi nullo modo deberent permittere ut aliter fiat. Quodsi tamen ex aliqua causa sine scandalo aliove periculo aliter fiat, satis probabile est

quando fides datur; sed insuper requiritur ut ille ore consensum exprimat. Ita etiam Glossa<sup>b)</sup>.

890. — « QUABRES: an sufficiat consensus conditionatus? »

« Resp. 1<sup>o</sup>. Sufficit conditionatus sub « conditione de praeterito vel praesenti, « stante conditione; quia tunc contractus « non suspenditur ».

Et hoc currit, etiamsi conditio esset turpis, scilicet: *Te volo, si fornicata fueris; si odio habes inimicum meum.* Tunc enim, non verificata conditione, matrimonium est nullum; quia omnino ibi deest consensus.

« Resp. 2<sup>o</sup>. Sufficit sub conditione necessaria de futuro (dummodo contrahentes non intendant suspendere tantisper consensum); v. gr. *duco te, si cras sol oriatur.* Item, sub conditione de futuro impossibili, v. gr. *si coelum tegeris*; vel de futuro turpi (modo non repugnet substantiae matrimonii) et consensus sit absolutus, v. gr. *si patrem occideris.* — Ratio, quia tales conditiones « habentur pro non adjectis. Sanchez<sup>11</sup>, « Molina, Filliuccius, Lessius<sup>12</sup>, Laymann, « Bonacina.

« Resp. 3<sup>o</sup>. Non sufficit sub conditione « de futuro, quae sit contra substantiam « obligationis matrimonialis; v. gr. *si pro- « his generationem impedire velis maleficio, vel victum comparare adulterio.* — « Patet ex cap. fin., de condition. Vide Sanchez<sup>13</sup>, Coninck<sup>14</sup>, Filliuccium, etc. ».

disp. 22, num. 6. — <sup>11</sup> Lib. 5, disp. 15. — *Molina*, de Just. et Jure, tract. 2, disp. 208, num. 11. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 139 et seqq. — <sup>12</sup> Lib. 2, cap. 18, n. 122. — *Laym.*, lib. 5, tract. 10, part. 2, cap. 7, num. 11. — *Bonac.*, qu. 2, punct. 10, num. 5 et 16. — <sup>13</sup> Lib. 5, disp. 9, a n. 3. — <sup>14</sup> Disp. 29, dub. 3, n. 39. — *Fill.*, loc. cit., n. 147 et seqq.

non esse peccatum mortale, quia nullibi est expresse prohibitum ».

<sup>e)</sup> Filliuccius, *tr. 10, part. 1, cap. 3, n. 82*, ait « ad summum esse veniale ».

889. — <sup>a)</sup> De traductione sponsae in domo sponsi, hic non loquuntur Sanchez nec Salmant.

<sup>b)</sup> Glossa, ad v. *Non stringit manum*, dicit: « Forte per annuli immissionem... feminae. Cum enim stringit manum, signum dilectionis est; vel forte alludit consuetudini alicujus loci ».

Consensus sub conditione de praeterito vel praesenti sufficit.

Item, sub conditione necessaria vel impossibili aut turpi de futuro.

Sub conditione contraria substantiae matrimonii non sufficit.

Conditio necessaria de futuro per se sufficit.

Exceptio.

Conditio turpis contra substantiam matrimonii reddit nullum.

Secus, turpis alio modo vel impossibilis.

891. - Si igitur conditio de futuro est *necessaria* (nempe, *si pater tuus morietur; si cras sol occidet, etc.*), de se non suspendit matrimonium; ut communiter dicunt S. Thomas<sup>1</sup>, Roncaglia<sup>2</sup>, Holzmann<sup>3</sup>, et Salmant.<sup>4</sup> cum aliis. — Dicitur: *de se*; nam si contrahens, sic dicens, intendit velle expectare tempus talis conditionis, tunc matrimonium suspenditur usque ad illius eventum. Roncaglia<sup>5</sup> et Holzmann<sup>6</sup>, et Salmant.<sup>7</sup> et Concina<sup>8</sup>.

Si vero conditio esset *turpis*, tunc distinguendum. — Si illa sit *contra substantiam matrimonii*, nempe contra bonum sacramenti, fidei vel proles; tunc utique nullum reddit matrimonium<sup>a)</sup>. — Secus vero, si conditio esset *alio modo turpis* (vel si esset *impossibilis*): haec enim, licet in aliis contractibus nullum contractum redderet, saltem ante impletionem ipsius (ut dicunt Holzmann<sup>9</sup> et Viva<sup>10</sup>, ex *Instit. de inutilib. stipulat., § 11*), tamen in matrimonio habetur pro non adjecta. Ita expressum est in *cap. fin., de condition.*, ubi: *Si conditiones contra substantiam conjugii inserantur, puta, si alter dicat alteri: Contraho tecum, si generationem proles evites: vel donec inveniam aliam honore vel facultatibus digniorem, aut si pro quaestu adulterandam te tradas; matrimonialis contractus, quantumcumque sit favorabilis, caret effectu. Licet aliae conditiones appositae in matrimonio, si turpes aut impossibiles fuerint, debeant propter ejus favorem pro non adjectis haberi.* Ratio est, quia, quando conditio est turpis vel impossibilis, tunc

<sup>1</sup> In 4, dist. 29, qu. unic., art. 3, solut. 3. — <sup>2</sup> Cap. 2, qu. 4, resp. 1. — <sup>3</sup> De Matr., n. 341, v. *Resp. 2.* — <sup>4</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 13 et 15. — <sup>5</sup> Loc. cit. — <sup>6</sup> Loc. cit. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 9. — <sup>8</sup> De Matr., diss. 1, cap. 6, n. 30. — <sup>9</sup> De Matr., n. 344, v. *Dices 1*; cfr. n. 345. — <sup>10</sup> De Matr., qu. 4, art. 6, n. 5. — <sup>11</sup> Lib. 3, cap. 4, n. 6. — <sup>12</sup> De Matr. Contract.,

praesumit Ecclesia adesse absolutum consensum contrahentium. Unde bene advertunt Pontius<sup>11</sup>, Bossius<sup>12</sup>, Salmant.<sup>13</sup> et Viva<sup>14</sup>, quod si partes nolent vere contrahere, nisi verificatis his conditionibus, tunc matrimonium esset quidem invalidum. — In dubio tamen, praesumendum est illas appositae esse joco, et non animo suspendendi consensum; ut ajunt Sanchez<sup>15</sup>, Pontius<sup>16</sup>, Roncaglia<sup>17</sup>, Holzmann<sup>18</sup> et Viva<sup>19</sup>, ex *cap. fin., de sentent. et re judicata*, ubi in dubio semper judicandum pro valore matrimonii.

892. - Quaeritur autem hic quid dicendum, cum matrimonium celebratur sub conditione, *si pater meus consenserit*. Resp. Si conditio est de *praesenti* vel *praeterito*, stante consensu patris, jam valet matrimonium, etiamsi contrahentes illum ignorent. Quando vero conditio est de *futuro*, tunc omnino suspenditur matrimonium usque ad eventum conditionis. — Haec certa sunt apud omnes. Vide Sanchez<sup>20</sup> et Pontium<sup>a)</sup>. — Sed

Dubitatur 1<sup>o</sup>. *Quid dicendum, si pater taceat?*

Respondetur: tunc pensandae sunt circumstantiae. Nam si conjectura sit talis, quod pater taceat ne forte domino vel amico displiceat; tunc taciturnitas habenda est pro dissensu. Secus, si conjectura sit quod ideo tacet quia sibi placet. — Ita Sanchez<sup>21</sup> et Concina<sup>22</sup>.

In dubio autem de consensu vel dissensu patris, standum est intentioni contrahentium, an ipsi contenti fuerint vel ne, quod pater positive non contradicat;

cap. 10, n. 123. — <sup>13</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 2. — <sup>14</sup> De Matr., qu. 4, art. 6, n. 5. — <sup>15</sup> Lib. 5, disp. 3, n. 15. — <sup>16</sup> Lib. 3, cap. 4, n. 9. — <sup>17</sup> Cap. 2, qu. 5, resp. 2. — <sup>18</sup> De Matr., n. 344. — <sup>19</sup> De Matr., qu. 4, art. 6, n. 5, v. *Hinc.* — <sup>20</sup> Lib. 5, disp. 7, n. 3; cfr. disp. 6, n. 2 et 5. — <sup>21</sup> Lib. 5, disp. 7, n. 11. — <sup>22</sup> Diss. 1, cap. 6, n. 34.

891. - <sup>a)</sup> Ita pluries declaravit S. O., et signanter die 11 Martii 1868: «Matrimonia inita cum solo contrahentium errore, quod matrimonii consummati vinculum in casu adulterii vel ob alias causas dissolvi possit, valida sunt. Si vero sub hac expressa conditione inita sint, uti invalida habenda sunt». Et ita etiam judicavit S. Cong. Concilii die 16 Julii 1904, in una Parisien., videlicet conditionem de evitanda prole (turpiter utendo matrimonio) in pactum deductam a sponsis, et in foro

externo probationibus demonstratam, irritum reddidisse matrimonium in casu.

892. - <sup>a)</sup> Pontius, *lib. 3, cap. 1, n. 5*, loquitur in generali de conditionibus de praeterito vel de praesenti, et concordat. Sed *cap. 13, n. 3*, negat esse matrimonium, et concedit esse tantum sponsalia, si conditiones de futuro apponantur; addit tamen, *n. 19*, «cum communi doctorum, conditiones has contingentes, appositae matrimonio ex aliis contractibus, eum effectum habere ut suspen-

Exceptio.

Quid in dubio de intentione.

Conditio: si pater consenserit.

Si pater taceat, pensandae circumstantiae.

In dubio, standum intentioni contrahentium.

ut ait Bonacina<sup>1</sup>. Sed quid, *si dubium sit de hac intentione nubentium*<sup>b)</sup>?

Angelus, Ledesma et Dicastillus<sup>c)</sup>, apud Salmant.<sup>2</sup>, dicunt tunc requiri positivum consensum patris, et merito id probabile Salmant. putant; quia conditio debet impleri in specifica forma, ex leg. *Qui haeredi, § 1*, et leg. *Maevius ff., de condition. et demonstr.* At communis, et etiam probabiliter ajunt Roncaglia<sup>d)</sup>, Bonacina<sup>3</sup>, Viva<sup>4</sup> cum communi (ut asserit), Sporer<sup>5</sup>; Sanchez<sup>6</sup> cum Adriano, Praeposito, Navarro<sup>e)</sup>, Lopez<sup>f)</sup>, etc.; ac Salmant.<sup>7</sup> cum Henriquez<sup>g)</sup>, Silvestro, Cornejo, Leandro, etc.; hujusmodi taciturnitatem habendam pro consensu. Quia talis conditio: *si pater consentiet*, juxta communem sensum intelligitur: *si positive non dis-*

<sup>1</sup> Qu. 2, punct. 10, n. 20. — *Angel.*, v. *Matrimonium III*, impedim. 3, n. 3. — *Petr. Ledesma.*, qu. 47, art. 5, dub. 7, v. *Sed quid dicendum est.* — <sup>2</sup> Tr. 9, cap. 7, num. 58. — *Salmant.*, loc. cit. — <sup>3</sup> Loc. cit., n. 20. — <sup>4</sup> Qu. 4, art. 6, n. 7. — <sup>5</sup> Part. 4, cap. 1, n. 219. — <sup>6</sup> Lib. 5, disp. 7, n. 12. — *Adrian.*, in 4, de Matrim., qu. 3, dub. 3. — *Praepos.*, in cap. *Super eo*, de condition. appos., n. 4. — <sup>7</sup> Loc. cit.,

dant obligationem perficiendi contractum, donec purificetur conditio».

<sup>b)</sup> Adde ex multis citatis auctoribus et ex mente S. Alphonsi: Et ex circumstantiis percipi nequeat patris intentio.

<sup>c)</sup> Dicastillus male citatur a Salmant.; nam *de Matr., disp. 5, dub. 4, n. 37 et 38*, «probabilem... et in praxi servandam» putat secundam sententiam, nisi aliud ex circumstantiis colligi possit, ut *loc. cit.*, et *dub. 5, n. 45 et 47*, limitat.

<sup>d)</sup> Roncaglia, *cap. 2, qu. 7, resp. 1*, dicit attendendum esse ad nubentium intentionem. «Hinc (addit) bene potest esse validum celebratum sub hac conditione *si pater consentiat*, quamvis pater nec consentiat nec dissentiat, sed taceat; nam contrahentes per eam conditionem bene potuerunt intelligere, non si pater positive consentiret, sed si non aegre ferret vel ipsi non displiceret».

<sup>e)</sup> Navarrus, *Man., cap. 22, n. 63* (edit. Venet. 1573) ita tenet; sed in aliis editionibus posterioribus sese retractat.

<sup>f)</sup> Lopez male citatur a Sanchez; nam in *Instr. nov., part. 2, cap. 42, de Matr.*, v. *Atvero non minus*, contrarium affert ex Navarro, quem videtur approbare.

<sup>g)</sup> Henriquez utique citatur hic a Salmant., sed, *lib. 11, cap. 12, n. 5*, lit. *d*, de casu inferioris posito loquitur: «Si ignoret patrem obisse, et contrahat *si pater consenserit*, valet, quia intelligitur nisi stet per patris dissensum». Ast sane ratio haec valet pro casu praesenti.

*sentiet.* — Idque tanto magis locum habebit, si pater moriatur antequam dissentiat; ut recte inquit Viva<sup>8</sup>, contra Pontium<sup>9</sup>.

Bene autem advertit Roncaglia<sup>10</sup> quod parochi sine urgentissima causa nunquam admittere debent haec matrimonia conditionalia, propter plura inconvenientia et difficultates quae deinde occurrere possunt contra ipsorum validitatem.

893. - Dubitatur 2<sup>o</sup>. *Quid, si pater certior factus, primo dissentit et postea consentit, an tunc censeatur impleta conditio?*

Negant Sanchez<sup>11</sup>, Pontius<sup>12</sup>, Roncaglia<sup>13</sup>; et Salmant.<sup>14</sup> cum Soto, Coninck<sup>a)</sup>, Perez<sup>a)</sup>, Dicastillo<sup>a)</sup>, etc. — Quia, posito dissensu patris, jam deficit conditio appositae pro matrimonio; et ideo possunt con-

n. 59. — *Silvest.*, v. *Matrimonium III*, qu. 4, v. *Quartum.* — *Cornejo*, disp. 3, dub. 7, qu. 1. — *Leand.*, tr. 9, disp. 8, qu. 11. — <sup>8</sup> Loc. cit., n. 7. — <sup>9</sup> Lib. 3, cap. 17, n. 15. — <sup>10</sup> Cap. 2, reg. in praxi, num. 2. — <sup>11</sup> Lib. 5, disp. 7, num. 9 et 10. — <sup>12</sup> Lib. 3, cap. 17, num. 15. — <sup>13</sup> Cap. 2, qu. 7, resp. 1. — <sup>14</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 57. — *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 2, art. 3, concl. 3.

893. - <sup>a)</sup> Coninck melius citatur infra ex Viva, pro sententia quae S. Alphonso probatur; tenet enim hanc primam sententiam, *disp. 29, dub. 2, n. 28*, «si verba in rigore spectentur». Sed subdit: «Spectato tamen communi ita contrahentium sensu, qui communiter intendunt absolute talem contractum inire, si qua ratione patris bona venia id facere possint; ipsi videntur non ita stricte ea verba accipere, sed velle obligationem manere quamdiu intra breve saltem tempus est spes patrem posse facile ad consensum inflecti... Si igitur ipsi perseverent in priore voluntate, et pater paulo post consentiat, credo contractum valere». — Dicastillus pariter tenet potius sententiam S. Alphonsi, dum, *disp. 5, dub. 4*, plures distinctiones ponit; et primo quidem dicit, *n. 29 et 30*, consulendum esse animum contrahentium; si vero ex hoc nihil concludi possit, et consensum per internum petierunt, responsum expectaturi, et hic primo repulsam accepit, deinde pater consentit, antequam nuntius responsum attulerit, valet matrimonium, *n. 31*; si vero per seipsos consensum petierunt, et pater vehementer repugnet et irascatur, ita ut satis ostendat obfirmatum animum renuendi, statim possunt resiliire, *n. 32*; si leviter tantum repugnet, ita ut spes affulgeat eum consensurum «intra aliquod tempus non nimis longum judicio prudentis», non censeatur deficere conditio, et expectanda est secunda instantia, vel aliquod tempus dandum esse patri ad deliberandum, *n. 33*. — Perez denique, *disp. 16*,

Si pater primo dissentit et postea consentit:

Juxta alios, non impletur conditio.

trahentes ab eo recedere, etiamsi pater postea consentiat: obligatio enim semel extincta amplius non reviviscit.

Oppositum vero tenent Silvester, Lopez, Tabiena, etc., apud Sanchez<sup>1</sup>, quia<sup>b)</sup>, ut ajunt, tunc contrahentes adhuc perseverant in eodem proposito et animo se obligandi. Haec ratio, per se loquendo, mihi non probatur. — Sed valde probabilis videtur haec secunda sententia si pater post breve intervallum consentit; ut dicunt Palaus<sup>2</sup>, Navarrus<sup>c)</sup>; et Viva<sup>3</sup> cum Hurtado<sup>d)</sup> et Coninck. Ex communi enim intelligentia, verba talis conditionis morali modo accipiuntur, id est si pater acquiescat intra aliquod breve tempus juxta arbitrium prudentium. Sicut e converso, matrimonium probabilius dicendum est invalidum, si pater post consensum mox dissentit; ut Viva<sup>4</sup> et Concina<sup>5</sup>. — Et huic sententiae adhaeret Croix<sup>6</sup>, recte dicens quod tum sponsalia dissolvuntur cum pater ita firmiter dissentit, ut nulla sit spes quod intra breve tempus consentiet.

894. - Dubitatur 3<sup>o</sup>. *Quid, si tempore conditionis positae de consensu patris, pater erat jam vita functus?* — Respondetur:

Silvest., v. *Matrimon.* III, qu. 4, v. *Tertium*. - Ludov. Lopez, *Instruct. nov.*, part. 2, cap. 42, de Matr., v. *Praeterea ex praedictis*. - Tabien., v. *Matrimonium II*, n. 12, qu. 11, v. *Sexto notandum*. - <sup>1</sup> Lib. 5, disp. 7, n. 8. - <sup>2</sup> Tr. 23, disp. 2, punct. 11, § 2, n. 7. - <sup>3</sup> Qu. 4, art. 6, n. 7. - <sup>4</sup> Coninck, disp. 29, dub. 2, n. 28. - <sup>5</sup> Loc. cit. - <sup>6</sup> Diss. 1, cap. 6, n. 34. - <sup>7</sup> Lib. 6, part. 3, n. 86; cfr. n. 238. - <sup>8</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 59. - *Henric.*, lib. 11, cap. 12, n. 5,

sect. 11, n. 4, fere eandem sententiam tenet quam Coninck. Dicit enim sensum contrahentium esse: « Si a patre obtentus fuerit consensus intra tempus aliquod, arbitrio prudentis, attentis circumstantiis assignandum ». <sup>b)</sup> Hi auctores dicunt: Si contrahentes perseverant in consensu. Praeterea Lopez huic contractui vim tantum sponsalium tribuit.

<sup>c)</sup> Navarrus, *Man.*, cap. 22, n. 63, tenet secundam sententiam, si consensus perduret, ut supra explicatum est.

<sup>d)</sup> Gaspar Hurtadus, *disp. 7, diff. 5, n. 16 et 17*, dicit valere, si pater postea consentiat « intra tempus usque ad quod, attentis circumstantiis arbitrio prudentis, intenderunt extendere consensum conditionatum »; vel etiam intra « tempus aliquod arbitrio prudentis attentis circumstantiis ».

894. - <sup>a)</sup> Palaus, *disp. 2, punct. 11, § 2, n. 7*, nec de consciis nec de insciis loquitur,

Si contrahentes jam *consci* erant de morte patris, tunc conditio illa habetur ut non adjecta, tamquam impossibilis. Ita communiter Palaus<sup>a)</sup>; Salmant.<sup>7</sup> cum Henriquez; Bonacina<sup>b)</sup> cum Coninck<sup>b)</sup>, Gutierrez<sup>c)</sup> et Filliuccio; ac Sanchez<sup>8</sup>, cum Navarro, Silvestro<sup>d)</sup>, Lopez, Ledesma<sup>d)</sup> et Praeposito.

Majus Dubium est: *si tunc inscii erant, an valeat matrimonium?* — Negant Navarrus<sup>9</sup>; ac Silvester<sup>d)</sup>, Praepositus et alii, apud Sanchez; quia conditio consensus, quae possibilis reputabatur, non potest amplius verificari. — Sed probabilius Sanchez<sup>10</sup>; Palaus<sup>a)</sup> cum Coninck<sup>b)</sup>; et Salmant.<sup>11</sup> cum Henriquez affirmant; quia conditio illa intelligitur apposita, ne contra voluntatem patris matrimonium fieret: quae ratio, patre defuncto, jam cessat.

An autem valeat contractus matrimonii aut sponsalium inter impeditos aliquo impedimento dirimente, initus sub conditione: *Si Papa dispensaverit?* — Vide super hoc dicta *Lib. III, n. 650*, et hoc *Lib. VI, n. 859*.

895. - « Resp. 4<sup>o</sup>. Consensus sub conditione honesta de futuro est contractus

lit. d. - *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 4, n. 144. - <sup>8</sup> Lib. 5, disp. 7, n. 19. - *Navar.*, *Man.*, cap. 22, n. 64. - *Ludov. Lopez*, *Instruct. nov.*, part. 2, cap. 42, de Matr., v. *Praeterea circa praedicta*; et cap. 43, v. *Exemplum autem secundarum*. - *Praepos.*, in cap. *Super eo*, de condit. appos., num. 4. - <sup>9</sup> Loc. cit. - *Praepos.*, loc. cit. - *Sanchez*, lib. 5, disp. 7, n. 17. - <sup>10</sup> Loc. cit., n. 19. - <sup>11</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 59. - *Henric.*, lib. 11, cap. 12, n. 5, lit. d.

sed simpliciter dicit: « Si pater obivit, conditionem censendam esse impletam; quia, spectato communi cursu, ea conditio solum apponitur, ne matrimonium contra voluntatem patris cedat, neve illum offendant; quod eo mortuo cessat ». Sed § 3, n. 1, de conditione impossibili in genere dicit: « Ut matrimonium cui conditio impossibilis apposita est validum praesumatur, debet praesumi contrahens conscius esse ».

<sup>b)</sup> Bonacina, *qu. 2, punct. 10, num. 20*; Coninck, *disp. 29, num. 29*, loquuntur de casu quo contrahentes inscii sunt mortis patris.

<sup>c)</sup> Gutierrez, *de Matr.*, cap. 82, n. 42, in generali tantum dicit conditionem impossibilem, ut talem cognoscendam esse, ut rejiciatur a matrimonio.

<sup>d)</sup> Silvester, v. *Matrimonium III, qu. 4, v. Secundum*; Petrus Ledesma, *qu. 47, art. 5,*

Conditio habetur pro non adjecta si contrahentes sint consci.

Si inscii, probabilius item valet matrimonium.

Conditio honesta de futuro facit sponsalia non matrimonium.

Impleta conditio, juxta alios, requiritur novus consensus.

« sponsalium tantum et non matrimonii; « quia hic debet esse de praesenti. — Ob « quam rationem non incipiet validari « matrimonium sine novo consensu, post- « quam conditio impleta fuerit; ut docet « S. Thomas<sup>a)</sup> cum aliis apud Sanchez. « Etsi Filliucius<sup>b)</sup>, Laymann<sup>b)</sup> et alii qui- « dam putent contrarium esse probabile; « eo quod contractus celebratus sub con- « ditione honesta futura, hac impleta pu- « rificetur. Quod concedit Bonacina<sup>1</sup>, si « contrahentes in eodem consensu man- « serint, saltem virtualiter ».

Quaeritur: *an, impleta conditio in matrimonio, requiratur novus consensus?*

*Prima* sententia affirmat: quam tenent Suarez<sup>2</sup>, Concina<sup>3</sup>; Pontius<sup>4</sup> cum Soto, Valentia, Covarruvias et Ledesma; item Trullench, Villalobos, Gonet, etc., apud Salmant.<sup>5</sup> (qui cum Sanchez probabilem<sup>c)</sup> vocant). Et huic videtur favere D. Thomas<sup>6</sup>, ubi ait: *Aut (conditio) est contingens, ut datio pecuniae vel acceptatio parentum; et tunc idem est iudicium de tali consensu, sicut de consensu qui fit per verba de futuro; unde non facit matrimonium*. — Ratio 1<sup>a</sup> est, quia, cum matrimonium non solum sit contractus, sed etiam sacramentum, non potest pendere a futura conditione; nam omnia sacramenta statim aut valida aut nulla esse

*Sanch.*, lib. 5, disp. 8, n. 3. - <sup>1</sup> Qu. 2, punct. 10, n. 20. - <sup>2</sup> De Relig., tr. 7, lib. 6, cap. 12, n. 18. - <sup>3</sup> Diss. 1, cap. 6, n. 28. - <sup>4</sup> Lib. 3, cap. 14, n. 3 et 5. - *Sotus*, in 4, dist. 29, qu. 2, art. 1, concl. 3. - *Valent.*, disp. 10, qu. 3, punct. 8, dub. 1. - *Covarr.*, de Matr., part. 2, cap. 3, n. 5. - *Petr. Ledesma*, qu. 47, art. 5, dub. 7, concl. 2. - *Trull.*, de Sacram., lib. 7, cap. 8, dub. 1, n. 8. - *Villal.*, part. 1, tr. 13, diff. 33, n. 5. - *Gonet*, *Clyp.*, de Matr., disp. 4, art. 5, n. 114. - <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 64 et seqq. - *Sanch.*, lib. 5, disp. 8, n. 3. - <sup>6</sup> *Suppl.*, qu. 47, art. 5. - <sup>7</sup> Lib. 5, tr. 10,

*dub. 7, v. Circa ea quae dicta sunt*, id habent ex alio auctore quem non reprobant.

895. - <sup>a)</sup> S. Thomas melius citatur a S. Alphonso, ut qui faveret, videatur huic opinioni.

<sup>b)</sup> Filliucius, *loc. cit.*, n. 145, absolute docet matrimonium ita contractum validum esse sine novo consensu; idemque, ut probabilius, tenet Laymann, *lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 7, n. 2*; quamvis Filliucius dicat *securus* requiri novum consensum.

<sup>c)</sup> Quin etiam *probabilissimam* vocant Sanchez et Salmant.

<sup>d)</sup> Rebellus, quamvis pro hac sententia a Salmant. adducatur, media via, ut ait, incedit, scribendo, *part. 2, lib. 2, qu. 10, n. 44*: « Si

debent. — Ratio 2<sup>a</sup>, quia, licet in aliis contractibus possit transferri dominium ad tempus, in matrimonio tamen dominium corporum debet tradi in perpetuum; et ideo oportet quod, impleta conditione, novus apponatur consensus.

*Secunda* vero sententia negat. Et hanc tenent Laymann<sup>7</sup>, Bonacina<sup>8</sup>, Palaus<sup>9</sup>, Navarrus<sup>10</sup>, Roncaglia<sup>11</sup>; Sanchez<sup>12</sup> cum Paludano, Petro Soto et Henrico; ac Salmant.<sup>13</sup> cum Coninck, Perez, Dicastillo, Aversa, Gabriele, Rebello<sup>d)</sup> et Cornejo<sup>d)</sup>. — Ratio, quia matrimonium, esto sit etiam sacramentum, habet tamen rationem contractus: omnes autem contractus, impleta conditione, sine novo consensu perficiuntur<sup>e)</sup>, ex leg. *Haec venditio 7, ff. de contrahenda emptione*. Et sic respondetur primae rationi. — Respondetur ad secundam, quod dominium non traditur pendente conditione, sed ea verificata: tunc enim, cum consensus praecedens virtualiter perseveret, matrimonium de conditionato fit absolutum. Nec revera huic sententiae contradicit D. Thomas, dum S. Doctor<sup>14</sup> tantum loquitur independentem ab implemento conditionis: et ideo merito dicit quod, pendente conditione, non potest illud dici verum matrimonium, sed quod interim aequiparatur sponsalibus, ita ut non liceat nuptias inire cum alio.

part. 2, cap. 7, n. 2. - <sup>9</sup> Qu. 2, punct. 10, n. 20. - <sup>10</sup> Disp. 2, punct. 11, § 2, n. 5. - <sup>11</sup> *Man.*, cap. 22, n. 63. - <sup>12</sup> Qu. 2, cap. 2, qu. 7, resp. 2. - <sup>13</sup> Lib. 5, disp. 8, n. 5. - *Palud.*, dist. 29, qu. 2, art. 5, concl. 8 (n. 37). - *Petr. de Soto*, lect. 3, de Matr., v. *Quarto denique*. - *Henr. Boich*, in cap. *Si conditiones*, fin. de condit. appos., n. 4. - <sup>14</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 67. - *Coninck*, disp. 29, dub. 1, n. 11. - *Perez*, disp. 16, sect. 13, n. 5. - *Dicast.*, de Matr., disp. 5, dub. 6, n. 69. - *Aversa*, qu. 5, sect. 1, v. *Admittendum tamen*. - *Gabr. a S. Vinc.*, disp. 3, qu. 10, n. 107. - <sup>15</sup> Loc. cit.

contrahentes expresse paciscantur, aliisve signis declarent se velle, ut adveniente conditione matrimonium statim fiat, si in eodem consensu saltem virtuali permanent, probabile est sine novo consensu matrimonium fieri, modo parochus ac testes contractui praesentes sint, et cum contrahentes conditionis eventum percipiant ». — Eandemque sententiam tenet Cornejo, *disp. 3, dub. 7, v. Secundo nota*; omittit tamen quod a Rebello dicitur de parcho et testibus.

<sup>e)</sup> *Lex Haec venditio 7, ff. de contrahenda emptione*, ait: « Conditionales... venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio ».

Juxta alios non requiritur.

Juxta alios, impletur.

Est valde probabilis si brevi consentit.

Si tempore conditionis pater erat mortuus:

Utraque sententia, probabilis; secunda, probabilior.

Utraque sententia est probabilis; at haec secunda videtur probabilior <sup>f)</sup>. Caeterum recte dicunt Viva <sup>1</sup> et Croix <sup>2</sup>, consultius esse eo casu iterum contrahi matrimonium.

Si contrahatur sub conditione: si cessabit impedimentum:

Quid, si inter sponsores sit impedimentum contrahendi, et ipsi sponsores sub conditione: *Si cessabit impedimentum?* — Sentiunt pariter Sanchez <sup>2</sup>; et Croix <sup>h)</sup> cum Angelo, Covarruvias <sup>i)</sup> et Krimer, nec requiri novum consensum si impedimentum cessat. — Attamen Victoria (apud eundem Croix) censet requiri. Hocque mihi videtur probabilius, dum consensus, tempore impedimenti praestitus, non videtur satis validus; et sic refert Pater Zaccaria apud Croix <sup>2</sup>, in simili casu <sup>i)</sup> S. Congregationem declarasse.

Probabilius requiritur novus consensus.

896. - Notandum hic quod differt conditio a demonstratione, causa, modo, die. — Quia

Demonstratio seu causa non suspendit matrimonium.

*Demonstratio* sive *Causa* adjecta (puta, si quis dicat: *Duco te quae es virgo*, vel *quia es virgo*) non vitiat nec suspendit matrimonium (esto causa sit falsa aut turpis, etiam contra substantiam matrimonii; ut

<sup>1</sup> Qu. 4, art. 6, n. 4. — <sup>2</sup> Lib. 5, disp. 8, n. 10. — *Angel.*, v. *Matrimonium III*, imped. 3, n. 4. — *Krimer*, in 4 *Decretal.*, qu. 5, n. 869. — *Victoria*, Sum. de Sacram., n. 258. — *Croix*, lib. 6, part. 3, n. 85. — <sup>3</sup> Lib. 6, part. 3, n. 85. — <sup>4</sup> Lib. 5, disp. 19, n. 2. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 5. —

<sup>f)</sup> Et haec opinio quae S. Alphonso probabilior videtur, omnino est sententia S. C. C., ut videre est apud Pallottini, v. *Matrimonium*, § 2, n. 2: «*Matrimonium contractum servatis servandis, sub conditione licita, purificata conditione, non est opus ut iterum contrahatur. Ita Sanctissimus, ex sententia S. C. post maturam discussionem respondit*».

<sup>g)</sup> *Croix*, lib. 6, part. 3, n. 762, securius esse ait ut iterum contrahatur coram parochio et testibus, casu quo conditio expressa est coram illis; si vero non fuerit expressa coram illis, «*non requiri postea iterum adesse parochum et testes, aut de conditione impleta rescire*».

<sup>h)</sup> *Croix*, loc. cit., n. 85, id habet de sponsalibus; sed, n. 244, de ipso contractu matrimonii inito sub conditione: *si Papa dispenset*, etc. (quae sane plane recidit in conditionem *si cesset impedimentum*), affert opinionem quae affirmat matrimonium hoc valere sine novo consensu; deinde opinionem quae id negat, et quae requirit novum consensum; denique concludit *Croix*: «*Utraque sententia est probabilis, sed secunda videtur probabi-*

Sanchez <sup>4</sup>). — Nam, licet ille non contraheret si sciret eam non esse virginem; praebet tamen tunc absolute consensum, qui non impeditur nisi ab errore circa substantiam, sive circa conditiones substantiales matrimonii. (Sed vide n. 1012).

Neque suspendit *Modus*, si dicatur v. gr. *Duco te, ut mihi inservias*. Ita Salmant. <sup>5</sup> et Viva <sup>6</sup>. Etiamsi modus sit de re turpi aut impossibili: *Duco te, ut occidas, etc.* Ratio, quia consensus non pendet a modo, sicut pendet a conditione. — Et etiamsi, ait Viva cum Palao <sup>a)</sup>, modus sit contra substantiam matrimonii, scilicet: *Duco te, ut adulterium facias, etc.* Sed probabilius contradicunt huic Salmant. <sup>7</sup> cum Sanchez; quia non videtur habere animum contrahendi, qui intentionem habet contractui oppositam.

Utrum autem *Dies* appositus suspendat contractum, puta, si dicatur: *Duco te post tres dies?* — Negat Sanchez <sup>b)</sup>. Sed probabilius affirmant Viva cum Coninck, Hurtado, Perez, et Salmant. <sup>8</sup>; quia contrahens tunc non intendit ponere perfectum consensum, nisi post tertium diem.

<sup>6</sup> Qu. 4, art. 6, n. 2 et 3. — *Viva*, loc. cit., n. 3. — <sup>7</sup> Loc. cit., n. 6. — *Sanct.*, lib. 5, disp. 19, n. 5. — *Viva*, qu. 4, art. 6, n. 3, v. *Dico* 3. — *Coninck*, disp. 29, dub. 4, n. 44. — *Gasp. Hurtad.*, disp. 7, diff. 15, n. 57. — *Perez*, disp. 16, sect. 15, n. 2 et 3. — <sup>8</sup> Tr. 9, cap. 7, n. 3.

lior». Igitur tenet cum S. Alphonso, nedum illi sit contrarius.

<sup>i)</sup> Covarruvias, sicut *Croix*, tractat de conditione: *Si Papa dispensaverit*; sed tenet eandem sententiam quam S. Alphonso: «*Quodsi opinio theologorum vera est [matrimonium conditionatum novo consensu indigere], arbitrator eveniente conditione esse iudicanda sponsalia de futuro, non matrimonium, quod mihi magis arridet*». Ita ille, de *Matr.*, part. 2, cap. 3, init., n. 8, v. f.

<sup>j)</sup> Videlicet in casu de sponsalibus de futuro. Habetur haec declaratio in una *Jamnen.* 12 Decembr. 1733, in Thesaur. Resol. S. C. C.

896. — <sup>a)</sup> Non Palao, sed Perez a Viva citatur; uterque tamen hoc habet: Palao quidem, *tr. 28, disp. 2, punct. 11, § 5, n. 3*; Perez autem, *disp. 16, sect. 14, num. 14 et 15*.

<sup>b)</sup> Sanchez, loc. cit., n. 11, loquitur de sponsalibus: «*Si sponsalia contrahantur in diem, ut: Contraham tecum abhinc uno anno; quamvis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum, at non suspenduntur, sed statim sunt pura et obligant*».

Nec modus, etsi de re turpi vel impossibili.

Nisi modus sit contra substantiam matrimonii.

Dies appositus probabilis suspendit.

Juxta alios, minister est sacerdos; forma, ejus verba.

Moraliter certum: ipsos contrahentes esse ministros, et verba consensus, formam.

## DISSERTATIO

DE MINISTRO ET FORMA SACRAMENTI MATRIMONII.

897. — Alii dicunt *ministerium* Matrimonii esse *sacerdotem* assistentem, et *formam* ipsius verba: *Ego vos in matrimonium conjungo, etc.* — Ita Canus <sup>1</sup>, Juin <sup>2</sup>, Concina <sup>3</sup>, Tournely <sup>4</sup>. Idque probabile putant Estius <sup>5</sup>, et Habert <sup>6</sup> citans pro hac sententia Toletum <sup>a)</sup>; sed non bene. Toletus <sup>7</sup> enim expresse dicit formam sacramenti Matrimonii esse consensum contrahentium: si igitur consensus nubentium sit forma, ipsi necessario sunt ministri; nam (ut recte ajunt Bellarminus <sup>8</sup> et Frassen <sup>9</sup>) qui in sacramento formam applicat materiae, ille utique est sacramenti minister. — Momenta autem hujus *primae* sententiae afferentur infra in objectionibus, quibus respondebimus.

*Secunda* vero sententia communis, quae videtur moraliter certa, dicit ipsos *contrahentes* esse ministros hujus sacramenti; et formam esse verba quibus ipsi consensum exprimunt. — Ita Bellarmi-

nus, qui vocat sententiam nostram communem in scholis (ut fatetur etiam ipse Canus), et contrariam, novam ac falsam; Gonet <sup>10</sup>, Frassen <sup>11</sup>, Cabassutius <sup>12</sup> cum communi omnium theologorum, Laymann <sup>13</sup>, Abelly <sup>14</sup>, Wigandt <sup>15</sup>, Holzmann <sup>16</sup>, Barbosa <sup>17</sup>, Suarez <sup>18</sup>; Bonacina <sup>19</sup> cum Coninck, Rebello, Gutierrez, Filiuccio, Reginaldo, Rodriguez, etc. communiter; Pontius <sup>20</sup> cum Vasquez et Ledesma; Summus Pontifex Benedictus XIV <sup>21</sup> cum Gotti, Raynaudo et card. de Lauraea; card. Bellarminus <sup>22</sup>, ubi vocat falsam sententiam Cani, et nostram communem; Fagnanus <sup>23</sup>, ubi ait opinionem contrariam esse periculosam in fide; Sanchez <sup>24</sup> cum Lopez, Vega, Henriquez et Manuele, qui <sup>b)</sup> vocant oppositam temerariam; Merbesius <sup>25</sup>, qui testatur omnes theologos asserere opinionem Cani nunquam fuisse probabilem: refertque Vasquezium et Ledesma <sup>c)</sup> asserere eam non posse defendi sine nota, et

<sup>1</sup> De locis theol., lib. 8, cap. 5. — <sup>2</sup> Institut., de Matr., qu. 2, cap. 2, concl. 2 et 3. — <sup>3</sup> Diss. 1, cap. 5, n. 5. — <sup>4</sup> Praelect., de Matr., qu. 3, art. 2. — <sup>5</sup> In 4, dist. 26, § 10. — <sup>6</sup> De Matr., cap. 4. — <sup>7</sup> Lib. 7, cap. 6, n. 2. — <sup>8</sup> De Matr., cap. 7, explic. verbor. concil. Florent. — <sup>9</sup> Tom. 12, tr. 3, disp. 2, art. 1, qu. 3, concl. 2; cfr. tom. 10, disp. proem. de Sacram., art. 3, init. — *Bellarmin.*, loc. cit., cap. 6. — *Canus*, loc. cit., v. *Ostendam ergo*, v. *Quae cum ita sint*, et v. *Tametsi theologi*. — <sup>10</sup> Man., tr. 7, de Matr., cap. 3, v. *Ministri*. — <sup>11</sup> Loc. cit., concl. 1 et 2. — <sup>12</sup> Theoria et Prax. juris, lib. 3, cap. 18, n. 1. — <sup>13</sup> Lib. 5, tr. 10, part. 2, cap. 2, n. 2 et 3. — <sup>14</sup> De Matr., sect. 1, n. 3. — <sup>15</sup> Tr. 16, n. 9 et 10. — <sup>16</sup> De Matr., n. 320. — <sup>17</sup> De Off. et Potest. episc., alleg. 32, n. 106, 169 et 201. — <sup>18</sup> De Sacram., disp. 13, sect. 1, v. *Tandem*. — <sup>19</sup> Qu. 2, punct. 4, n. 5. — *Coninck*, disp. 24, dub. 3, n. 34. — *Rebell.*, part. 2, lib. 2,

qu. 4, n. 6 et 12. — *Gutierr.*, de Matr., cap. 41, n. 2. — *Fill.*, tr. 10, part. 1, cap. 1, n. 19. — *Regin.*, lib. 31, n. 52. — *Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 214, n. 3. — <sup>20</sup> Lib. 1, cap. 8, n. 3. — *Vasq.*, de Matr., disp. 3, cap. 4. — *Petr. Ledesma.*, qu. 42, art. 1, diff. 4, concl. 3, 6, 7 et ult. — <sup>21</sup> De Synodo, lib. 8, cap. 13, n. 4. — *Gotti*, tr. 13, de Matr., qu. 2, dub. 5, § 1 et 2. — *Raynaud.*, Heteroclit. spiritual., part. 2, sect. 1, punct. 14, n. 3 et seqq. — *Card. de Lauraea*, in 4 sent., tom. 3, disp. 13, art. 6. — <sup>22</sup> De Matr., cap. 7, v. *Ex quo intelligimus*. — <sup>23</sup> In cap. *Quod nobis*, de clandest. despons., num. 51. — <sup>24</sup> Lib. 2, disp. 6, num. 2. — *Ludov. Lopez*, Instr. nov., part. 2, de Matr., cap. 35, v. *Deinde non obstat argumentum*. — *Vega*, Sum. silva, lib. 6, cas. 117. — *Henriq.*, lib. 11, cap. 2, n. 7, lit. u et a. — *Man. Rodrig.*, Sum., part. 1, cap. 214, n. 3. — <sup>25</sup> Sum. christ., de Matr., qu. 5. — *Vasq.*, de Matr., disp. 3, n. 46.

897. — <sup>a)</sup> Toletus dicit profecto, ut refert S. Alphonso, formam esse verba aut nutus, quibus consensus exprimitur, addit tamen, *ibid.*: «*Efficiens causa sunt ipsi contrahentes, in quantum est contractus quidam; atvero, ut sacramentum, Deus est causa principalis, et minister est causa instrumentalis sicut in aliis sacramentis*». Quod autem hic per *ministerium* intendat sacerdotem, liquet ex eis quae inferius addit: «*Minister ante concil. Trid. non erat necessarius, quia poterat esse verum matrimonium sine ministro: atvero,*

*sess. 24, cap. 1, de reform.*, est annullatum matrimonium clandestinum... Jam ergo pertinet ad essentiam matrimonii minister cum testibus, at ante non pertinebat». Quae sane non videntur satis consentanea rationi.

<sup>b)</sup> Scilicet Emmanuel Rodriguez et Suarez; ceteri vero auctores a Sanchez citantur solum pro sententia quae dicit contrahentes ipsos esse ministros.

<sup>c)</sup> Petrus Ledesma, loc. cit., concl. ult., negat sententiam Cani esse probabilem post Tridentinum.

Sotum <sup>d)</sup> ac Vivaldum <sup>e)</sup> vocare temerariam. — Nostram sententiam tenent quoque expresse D. Thomas <sup>1</sup> (cujus verba referemus in respons. ad 1. object.) et Scotus <sup>f)</sup>.

PROBATUR I<sup>o</sup>. Quia Tridentinum <sup>2</sup> declaravit, olim omnia conjugia clandestina, scilicet sine assistentia parochi celebrata, esse vera et rata; idque negantes anathemate damnavit. Matrimonia autem fidelium non possunt dici rata, nisi sint sacramenta, ut mox infra probabitur. Si ergo matrimonia clandestina olim fuerunt rata, ac propterea sacramenta, dicendum quod non parochus est minister, sed ipsi contrahentes.

Quod autem matrimonia ideo sint rata quia sunt sacramenta, probatur ex D. Augustino <sup>3</sup>. Ibi: *Bonum... nuptiarum per omnes gentes... in causa generandi est...: quod autem ad populum Dei pertinet, etiam in sanctitate sacramenti.* Item <sup>4</sup>: *In nostrarum quippe nuptiis plus valet sanctitas sacramenti quam fecunditas uteri.* Et inde nascitur (ut dicit <sup>5</sup>) vinculum indissolubile: sine enim sacramenti ratione fidelium nuptiae tantam firmitatem non haberent: *Quod nequaquam puto tantum valere potuisse, nisi... quoddam sacramentum adhiberetur... Nec tamen nisi in civitate Dei nostri... talis est causa cum uxore,* scilicet indissolubilitatis sacramenti. — Et clarius probatur ex cap. *Quanto, de divort.*, ubi Innocentius III sic ait: *Etsi matrimonium verum inter infideles existat, non tamen est ratum. Inter fideles autem, verum et ratum existit; quia sacramentum fidei quod semel est admissum nunquam amittitur, sed ratum efficit conjugii sacramentum (nota), ut ipsum in conjugibus illo durante perduret.* Ergo, si ante concilium matrimonium

<sup>1</sup> In 4, dist. 26, qu. 2, art. 1, ad 1; et dist. 28, qu. unic., art. 3. — <sup>2</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>3</sup> De Bono conjug., cap. 24, n. 82; Migne, Patrol. lat., tom. 40, col. 394. — <sup>4</sup> Loc., cit. cap. 18, n. 21; Migne, loc. cit., col. 388. —

<sup>d)</sup> Sotus, in 4, dist. 26, qu. 2, art. 3, arg. 5, indirecte tantum vocat temerariam: « Excludere omnia clandestina matrimonia, quibus sacerdos non interest, a ratione sacramenti, ... temerarium est ».

<sup>e)</sup> Vivaldus, *Candelabr. aur., de Matr., n. 17 et seqq.*, hoc non habet.

fidelium sine parochio initum erat sacramentum, necessario dicendum tunc sponso ministros tantum de illo fuisse.

Nec dicas illud *conjugii sacramentum* non intelligi de sacramento Matrimonii, sed de ejus vinculo, utpote symbolice significante conjunctionem Christi cum Ecclesia, adeo ut matrimonia per solum Baptismum (dictum *sacramentum fidei*) evadant rata cum infideles convertuntur ad fidem, esto non fiant sacramenta. — Nam respondetur non esse verum quod matrimonia infidelium per solum Baptismum fiant rata, id est omnimode indissolubilia. Licet enim conjugia infidelium natura sua etiam indissolubilia sint; tamen, accedente aliqua urgenti causa, adhuc post conversionem ad fidem aliquando solvi possunt (modo non fuerint consummata post conversionem), prout refert Cardenas <sup>6</sup> Urbanum VIII declarasse die 20 Octobr. anno 1626, et rursus 17 Septemb. 1627, his verbis: *Nos attendentes, hujusmodi infidelium matrimonia non ita censerit, quin suadente necessitate solvi possint.* Et Summus Pontifex Benedictus XIV <sup>7</sup> refert S. Pium V et Gregorium XIII solvisse post conversionem ad fidem quaedam matrimonia in infidelitate contracta.

Si ergo matrimonia clandestina fidelium ante concilium, id est sine assistentia parochi celebrata, ideo fuerunt rata, quia sacramenta; ergo non parochus, sed ipsi contrahentes sunt hujus sacramenti ministri.

PROBATUR II<sup>o</sup>. Ex Florentino, ubi: *Septimum est sacramentum Matrimonii, quod est signum conjunctionis Christi et Ecclesiae, secundum Apostolum... Causa efficiens matrimonii regulariter est mutuus consensus per verba de praesenti*

<sup>6</sup> Loc. cit., cap. 7, n. 7; Migne, loc. cit., col. 378. — <sup>7</sup> Cris., in propos. 1, diss. 2, n. 552. — <sup>8</sup> De Synodo, lib. 13, cap. 21, num. 3. — *Florent.*, de cr. ad Armen., v. *Septimum est*; ap. Labbe, tom. 18, col. 560.

<sup>f)</sup> Scotus, in 4, dist. 26, qu. unic., n. 15, dicit contrahentes « ut plurimum » esse ministros, quando scilicet per se ipsi contrahunt; sed negat id esse necessarium, quia quandoque per parentes contrahunt, ipsis tamen praesentibus, sed non experimentibus consensum: « Si ergo ibi est sacramentum, inquit, oportet

*expressus.* — Si igitur contrahentes per consensum verbis expressum sunt causa efficiens matrimonii, ipsi ergo sunt ministri, non solum contractus (ut aliqui perperam explicant), sed etiam sacramenti; nam concilium suscipit explicandum, non quidem contractum, sed sacramentum, dicens: *Septimum est sacramentum Matrimonii.*

Probatur iterum ex Tridentino.

PROBATUR III<sup>o</sup>. Ex eodem Tridentino <sup>1</sup>, ubi in clausula irritante matrimonium dicitur: *Qui aliter quam praesente parochio... contrahere attentabunt..., inhabiles reddit, et hujusmodi contractus... nullos esse decernit.* — Non dicitur, qui aliter quam praesente parochio et verba proferente; sed tantum: *qui aliter quam praesente parochio.* Si igitur non irritatur matrimonium tacente parochio, sed tantum absente; ergo verba parochi non sunt de essentia matrimonii, et consequenter ipse non est ejus minister. — Sed dices ex hoc inferri quidem quod, absente parochio, matrimonium est nullum, etiam quoad contractum; sed non deduci quod, praesente parochio et tacente, validus sit non solum contractus, sed etiam sacramentum. At respondetur quod ratio sacramenti non distinguitur a ratione contractus; dum communiter dicunt theologii contractum matrimonii fuisse a Christo evectorum ad rationem sacramenti.

Et quod nostram sententiam tenuerint Patres concilii, censendum est ex eo quod communiter theologii (quorum iudicium debet credi Patres concilii sectatos fuisse) ante concilium asserbant ministros sacramenti Matrimonii esse ipsos contrahentes; ut testantur Bellarminus <sup>2</sup> et Pontius <sup>3</sup>, atque fatetur ipse Canus, asserens (ut diximus) hanc sententiam esse communem scholarum; et Dominicus Soto <sup>4</sup> scripsit nullum suo tempore ausum fuisse oppositum scribere. — Et licet Canus ci-

<sup>1</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>2</sup> De Matr., cap. 7. — <sup>3</sup> Lib. 1, cap. 8, n. 7. — *Canus*, locis cit. — <sup>4</sup> In 4, dist. 26, qu. 2, art. 3, de 1<sup>o</sup> arg., v. *Hanc autem opinionem.* — *Canus*, loc. cit., cap. 5, v. *Attende nunc.* — *Gulielm. Paris.*, de Sac. Matr., cap. 9, qu. 1. — *Bellarmin.*, de Matr.,

dicere quod minister hujus sacramenti potest esse indifferenter quicumque potest esse minister in contractu matrimonii ».

tet pro se Gulielmum Parisiensem, tamen Bellarminus et Petrocorensis explicant illam nuptiarum benedictionem quam requirit Gulielmus, esse conditionem, non autem formam sacramentum Matrimonii constituentem. Item Bellarminus ait alios auctores quos affert Canus, non loqui de benedictione quam dat sacerdos dum assistit et dicit: *Ego vos conjungo, etc.*, sed de benedictione quam dat sacerdos in Missa: de qua loqui ait idem Bellarminus pariter Pontifices a Cano adductos, et quae (ut patet) non potest esse forma sacramenti, cum ubi nulla sint verba quae forma sacramenti videantur.

PROBATUR IV<sup>o</sup>. Ex eodem Tridentino, ex eo quod concilium, dum nuptiae ineuntur, imponit parochio ut dicat: *Ego vos in matrimonium conjungo, etc.*, ac deinde subjungit: *vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum.* — Si autem concilium reputasset parochum esse matrimonii ministrum, quomodo ei potuisset praescribere pro forma quaecumque verba quae sunt juxta ritum receptum uniuscujusque provinciae? Hoc argumentum cardinali Pallavicino <sup>5</sup> visum est evidens ad probandum quod non sacerdos, sed sponsi nuptiarum ministri sunt <sup>6</sup>.

PROBATUR V<sup>o</sup>. Benedictus XIV in laudato Opere *de Synodo* <sup>6</sup> sic ratiocinatur: In locis ubi Tridentinum promulgatum est, non raro contingit, aliquos matrimonium contrahere testibus fortuito astantibus, et parochio reluctante, quin ipse verbum ullum proferat. Hujusmodi conjugium, in sententia Cani esset validum in ratione contractus, sed non sacramentum, ob sacerdotalis benedictionis defectum. Si Ecclesia sententiam Cani haberet pro vera (imo addo, si haberet tantum pro probabili), deberet Ecclesia contrahentes compellere, aut saltem hortari ad suum contractum renovandum coram eo-

cap. 8, v. *Primo adducit.* — *Petrocor.*, de Matr., cap. 4, qu. 1, v. *Paulo apertius.* — *Bellarmin.*, loc. cit. — *Canus*, loc. cit. — *Trident.*, sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>5</sup> *Histor. concil. Trid.*, lib. 28, cap. 9, n. 15. — <sup>6</sup> *Lib. 8*, cap. 13, n. 8.

<sup>6)</sup> Rectius dicitur: Visum est evidens argumentum ad probandum verba praedicta non esse formam matrimonii.

Probatur ex Tridentino.

Probatur tertium ex Tridentino.

Ex praxi Ecclesiae circa matrimonia coram parochio reluctante inita.

dem parochus, ut ejus verbis fiat sacramentum, ne ejus gratia illi perpetuo carerent. Deinde subdit quod ob eandem rationem Ecclesia curare debet instaurari clandestina conjugia, inita in locis ubi Tridentini decretum non est receptum. — Sed cum in neutro casu renovationem ab Ecclesia urgeri videamus, conjiciendum quod uterque contractus, licet sacerdotis benedictione careat, ab Ecclesia pro sacramento habeatur.

Respondere possunt adversarii, ideo Ecclesiam non curare de praedictis conjugii instaurandis, quia contractus matrimonii semel valide initus nequit deinceps effici sacramentum; ut tenent Vasquez, Durandus, Pontius et alii. — Sed respondet Benedictus<sup>1</sup>, quod longe communior est sententia aliorum doctorum, quos sequitur Sanchez<sup>2</sup>, quae docet bene posse matrimonium, antea validum in sola ratione contractus, deinde renovari, et assequi virtutem sacramenti<sup>h)</sup>. Unde difficultas proposita non solvitur; in hoc enim dubio Ecclesia non negligeret urgere fideles, ut in illis casibus conjugia renovarent, ne carerent saltem spe consequendi gratiam, quam juxta communior sententiam ipsi ex iteratione contractus obtinerent. — His tamen non obstantibus, laudatus Benedictus ait sententiam Cane, tot doctorum suffragiis communitam, esse probabilem, ac cuique liberum eam amplecti absque ulla erroris nota.

Adde praxim Ecclesiae in reconvalidandis conjugii jam coram parochus et testibus prius initis, sed invalide propter occultum impedimentum: in quibus S. Poenitentiarum, ex oraculo S. Pii V, dispensando minime requirit, imo expresse dicit illa reconvalidanda secreto, sine assistentia parochi et testium. Et sic communiter docent (contra paucos) Natalis Alexan-

Vasq., in 3 P., disp. 138, cap. 5, n. 64; et de Matr., disp. 2, cap. 10, n. 136 et 137. — Durand. a S. Porciano, in 4, dist. 26, qu. 3, v. Quinto. — Pont., lib. 1, cap. 9, n. 8. — <sup>1</sup> De Synodo, lib. 8, cap. 13, n. 8. — <sup>2</sup> Lib. 2, disp. 9, n. 5. — Bened. XIV, loc. cit., n. 4. — Natal. Alex., de Matr., cap. 4, art. 13, reg. 17. — Cont. Journ., de Dispensat. in specie, part. 1, cap. 12, qu. 2, resp. 2. — Habert, de Matr., cap. 4, i. f. — Bened. XIV, Notif. 87, n. 62. — Van Espen,

der, Tournely, Habert; et idem Benedictus XIV cum Van Espen, Pontas et pluribus declarationibus S. Congregationis et decisionibus Rotae Romanae et aliis auctoribus innumeris (Vide dicenda n. 1110, v. Secunda). — His positus, valde miror quod laudatus Benedictus, postquam contenderit rationibus tam urgentibus contra sententiam Cane, illam<sup>3</sup> appellet probabilem: quamvis non intrinsece, sed tantum extrinsece eam probabiliter censere videatur, eo quod (ut ait) est ipsa doctorum suffragiis communita.

Verumtamen magis oportet attendere ea quae scribit Benedictus in decretali sive epistola ad archiepiscopum Goanum, quae incipit: *Paucis abhinc hebdomadis*, ubi scribit ut Pontifex, quam ea quae profert ut doctor privatus in praefato opere de Synodo. In praedicta enim decretali expresse docet ministros sacramenti matrimonii esse ipsos contrahentes, non vero sacerdotem; dum ait quod *mutua... corporum traditio, verbis ac nutibus interiore animi assensum exprimentibus materia [est]; et mutua... corporum acceptatio, forma.*

898. - OBJICIUNT I<sup>o</sup>. Solos sacerdotes esse legitimos sacramentorum ministros, ex illo Apostoli (I. Cor. iv): *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, et dispensatores mysteriorum Dei.* — Et ideo dicunt statutam esse formam, ut habeatur ex Rituali, quam parochus super nubentes proferre debet, dicens: *Ego conjungo vos in matrimonium.* Ideoque addunt, aliquos SS. Patres (quos refert Bellarminus<sup>4</sup>) dixisse quod matrimonia per sacerdotes sanctificantur.

Sed respondetur cum S. Thoma<sup>5</sup>, qui sic docet: *Verba quibus consensus matrimonialis exprimitur, sunt forma hujus sacramenti, non autem benedictio sacer-*

part. 2, tit. 14, cap. 7, n. 10. — Pontas, v. Matrimonium IV, cas. 4 et 5. — S. Congr. Conc., cfr. Thesaurum Resol. S. C. C. in Florentina seu Lucana, § Deveniendū et seqq., die 28 Sept. 1726. — Rota Rom., coram Seraphino, decis. 900. — <sup>2</sup> De Synodo, lib. 8, cap. 13, num. 4. — Bened. XIV, epist. Paucis abhinc, v. Dubitabatur, diei 19 Martii 1758. — <sup>4</sup> De Matrim., cap. 8, v. f. — <sup>5</sup> In 4, dist. 26, qu. 2, art. 1, ad 1.

<sup>h)</sup> Id concedit Sanchez de solis infidelium matrimoniis; in matrimonius vero fidelium,

disp. 10, n. 6, asserit inseparabilem esse rationem contractus a ratione sacramenti.

dotis, quae est quoddam sacramentale. Sacramentale, id est quaedam solemnitas caeremonia quae ex praecepto Ecclesiae requiritur. Et hoc est quod SS. Patres intelligere volunt. — Id clarius patet ex eodem Tridentino<sup>1</sup>, ubi non dicitur quod sacerdos absolute proferre debet formulam praedictam: *Ego conjungo, etc.*; sed quod *vel [eam] dicat..., vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum.* Formula vero illa alium sensum non prae se fert, quam si sacerdos diceret (ut dicunt Frassen et Sanchez): *Ego approbo et benedico nuptias vestras in faciem Ecclesiae.* — Verum autem non est quod omnia sacramenta non per alios quam per sacerdotes ministranda sint; cum laici etiam quandoque sint legitimi ministri sacramenti Baptismi. Christus enim constituit ministros sacramentorum, juxta uniuscujusque sacramenti naturam; et quia contractuum natura est, ut per solum consensum contrahentium ineanatur, ideo in matrimonio, quod consistit in contractu ad sacramentum elevato, non alios ministros Christus constituit, quam ipsos nubentes, qui per eorum consensum formam sacramenti ministrarent.

OBJICIUNT II<sup>o</sup>. Concilium Coloniense, anno 1536, ubi<sup>2</sup> sic habetur: *Quod sacramentum (scilicet matrimonii), si quis sicut decet acceperit, accedente sacerdotali precatōe, confert donum Spiritus, quo vir diligat uxorem..., sicut Christus dilexit Ecclesiam.* — Ex quo inferunt quod si per benedictionem sacerdotis donum Spiritus confertur, ergo per illum conficitur sacramentum.

Sed recte respondent Frassen<sup>3</sup> et Bellarminus<sup>4</sup> quod ex verbis istius concilii

<sup>1</sup> Sess. 24, de reform. Matrim., cap. 1. — Frassen, tom. 12, tr. 3, disp. 2, de Matr., art. 1, qu. 3, concl. 2, v. Hoc inquam. — Sanch., lib. 2, disp. 6, num. 6, in fine. — <sup>2</sup> Part. 7, cap. 40; ap. Labbe, tom. 19, col. 1266. —

898. - <sup>a)</sup> Bellarminus, de Matr., cap. 8, v. Secundo objicit, alteram dumtaxat responsionem habet, quae scilicet ex verbis Enchiridii petitur, seu rectius ex verbis Gropperi, quae, ait Bellarminus, referuntur in Enchiridio institutionis Christianae, jussu dicti concilii edito, et quae ipse Bellarminus, cap. 6, v. At Kemnitius, exscripsit. Verba autem ista, qualia reperiuntur in citato Enchiridio

potius deducitur oppositum. Nam illa, ex suo sensu, non significant quod per precatōnem sacerdotalem conficiatur sacramentum; sed potius quod, sacramento jam confecto, precatō illa accedat, qua donum conferatur Spiritus Sancti preces sacerdotis exaudientis. Tanto magis quod Enchiridion, deinde ejusdem concilii nomine vulgatum, expresse dixit: *Verba conjugum, quibus ipsi mutuo dant sibi fidem, esse verbum (id est formam) quo fit sacramentum.*

OBJICIIT III<sup>o</sup> Canus testimonium Evaristi Papae in can. *Aliter, caus. 30, qu. 5*, ubi dicuntur matrimonia contracta sine benedictione sacerdotis, praesumi adulteria vel fornicationes, potius quam legitima conjugia.

Sed bene respondet Bellarminus<sup>4</sup>, hic loqui Pontificem de probatione matrimonii quoad forum externum: eo quod Ecclesia in foro externo non judicat legitima conjugia illa quae non probantur per sacerdotis testimonium, praesumendo tunc defuisse mutuum consensum: nisi (ut subditur in eodem textu) voluntas propria suffragaverit. Ergo ubi adest voluntas contrahentium, legitimum initur matrimonium, licet in foro externo aliud praesumatur. — Quod autem Evaristus certe ibi loquatur de foro externo, sapienter ait Bellarminus ipsum Canum negare non posse. Nam Tridentinum expresse declaravit conjugia clandestina esse vera matrimonia; dum e converso Evaristus non jam dicit ea non esse sacramenta, sed vocat adulteria et fornicationes. Unde ne dicatur Tridentinum contradixisse testimonio Evaristi, id quod Evaristus dicit, necessario de foro externo intelligendum.

<sup>3</sup> Tom. 12, tract. 3, disp. 2, de Matrim., artic. 1, qu. 3, concl. 2, v. Fateor tamen. — Canus, de Locis theol., lib. 8, cap. 5, vers. finem. — <sup>4</sup> De Matr., cap. 8, in fine, v. Unus est.

christianae institutionis (edit. Veneta 1544), de Sac. Matr., fol. 257, sunt haec: « Verbum itaque hujus sacramenti, quo accedente ad elementum, fit sacramentum, id nimirum est quo ambo, mas et foemina (quum pietatis respectu quae in Deum est sibi mutuo fidem conjugalem dant accipiuntque), non quovis modo, sed in Dei nomine conjunguntur ac copulantur ».

Ex praxi circa matrimonia clandestina.

Circa matrimonia invalide coram parochus inita.

Objicitur testimonium Evaristi.

Respondetur.

Objectio ex textu Apostoli.

Objectio ex concilio Coloniensi.

Respondetur.

Respondetur.

Alia obicit Canus: quibus facilius respondetur, ut videre poteris apud Bellarminum<sup>1</sup>.

899. - Ex nostra autem sententia,

Infertur 1<sup>o</sup>. Quod matrimonia quae per procuratorem celebrantur, quia sunt legitimi contractus, ideo vera etiam sunt sacramenta; nec opus est ut contrahentes postea coram paroco se sistant ad matrimonium ratificandum<sup>a)</sup>. — Sanchez<sup>2</sup>, et Bellarminus<sup>3</sup> cum Navarro, Soto et aliis; contra Canum.

Infertur 2<sup>o</sup>. Quod conjugia malitiose contracta coram paroco reluctante et benedictionem denegante, sunt quidem graviter illicita, sed valida et vera sacramenta; ut dicunt omnes pro nostra sententia allati<sup>b)</sup>. — Et hoc, etiamsi parochus affectet nolle intelligere, nempe oculos et aures claudendo; ut sentiunt Pontius<sup>4</sup>, et Salmant.<sup>5</sup> cum Ledesma et Leandro (contra Bonacina et Trullench ac Sanchez<sup>6</sup>), ex decreto S. C. Concilii (apud Farinacium), ubi ad quaesitum: *Et quid, si parochus adfuisset, nihil tamen eorum quae agebantur vidit vel audivit, utrum tale matrimonium sit nullum?* S. C. Concilii respondit: *Matrimonium non valere, si non intellexisset: nisi ipse parochus affectasset non intelligere.*

Infertur 3<sup>o</sup>. Quod matrimonia coram paroco et testibus semel celebrata cum occulto impedimento dirimente, sublato

<sup>1</sup> De Matr., cap. 8. — <sup>2</sup> Lib. 2, disp. 11, n. 27. — <sup>3</sup> De Matr., cap. 5, resp. ad obj. 12, v. f. - *Navar.*, in cap. *Fratres*, n. 95, de Poenit., dist. 5. - *Sotus*, in 4, dist. 27, qu. 1, art. 3, v. *At vero quamvis*. - *Canus*, de Locis theol., lib. 8, cap. 5, v. *Poenitentiae demum*; et Relect. de Poenit., part. 1, v. *Nec in praesentia*. — <sup>4</sup> Lib. 5, cap. 21, n. 12. — <sup>5</sup> Tr. 9, cap. 8, n. 67. - *Petr. Ledesma*, Sum., de Sacr. Matr., cap. 6, concl. 2, v. *Quartum dubium*. - *Leand.*, disp. 7, qu. 40. - *Bonac.*, qu. 2, punct. 8, n. 23. - *Trull.*, de Sacr., lib. 7, cap. 6, dub. 5, n. 3, v. f. — <sup>6</sup> Lib. 3, disp. 39, n. 6. - *Farinac.*, in Trid. sess. 24, cap. 1, de reform. Matr., v. *Et quid si parochus*. Et habetur etiam ap. Pallottini, v. *Matrimonium*, § 15, n. 330. — <sup>7</sup> V. *Matrimonium*, art. 2, n. 19.

899. - a) Quod opus non sit ut postea coram paroco se sistant, auctores isti non dicunt expressis verbis; sed Sanchez et Sotus id satis perspicue innuunt, in quantum scilicet Sanchez dicit contrahentes *optime* facere, si postmodum *ipsimet* contrahant; et Sotus, *laudabile* esse si renouent consensum coram paroco.

b) Haec utique dici poterant juxta antiquam disciplinam: nunc vero ex decreto *Ne*

impedimento per dispensationem, vera evadunt sacramenta per consensum absente paroco praestitum. (Vide dicenda n. 1110, v. *Secunda*). Et hoc argumentum<sup>c)</sup>, ut ait Benedictus XIV, valde probat ministrum matrimonii non esse sacerdotem, sed ipsos sponso: alias, recte dicit quod Ecclesia, nisi id haberet pro certo, nunquam permetteret, sponso relinqui in periculo quod remaneant sine gratia sacramenti. — Adest tamen decretum S. C. sub die 8 Junii anno 1619 (apud Ferraris<sup>7</sup>), quod si matrimonium esset nullum ex causa publica, scilicet ob defectum aetatis, tunc reconvalidandum est ante parochum et testes.

Infertur 4<sup>o</sup>. Quod parochus, si assistat matrimonio existens in mortali, non peccat graviter; quia non conficit nec ministrat sacramentum. — Ita Sanchez<sup>8</sup>; et Bonacina<sup>9</sup> cum Suarez, Coninck, Henriquez, Gutierrez et Reginaldo.

Utrum autem requirantur de praecepto gravi verba parochi: *Ego conjungo vos, etc.*, vel alia, juxta receptum uniuscujusque provinciae ritum (ut dicitur in Tridentino<sup>10</sup>)? — Negat Bonacina<sup>11</sup>, qui citat Sanchez, Coninck, Gutierrez et alios, putantes eorum omissionem esse tantum venialem ob parvitatem materiae.

Sed affirmat Barbosa<sup>12</sup> cum Rebello, Henriquez<sup>d)</sup>, et Salzedo: et hoc mihi magis placet.

Cfr. etiam Thesaurum Resol. S. C. C. in una *Florentina* seu *Lucana*, § *Deventendo*, die 28 Sept. 1726; et Pallottini, v. *Matrimonium*, § 3, n. 118 et 119. — <sup>8</sup> Lib. 2, disp. 6, n. 5. — <sup>9</sup> Qu. 2, punct. 4, n. 6. - *Suar.*, de Sacram., disp. 16, sect. 4, v. *Ad fundamentum*. - *Coninck*, disp. 24, dub. 3, n. 34. - *Henriq.*, lib. 11, cap. 2, n. 7, lit. e. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 41, n. 3, v. f. - *Regin.*, lib. 81, n. 54. — <sup>10</sup> Sess. 24, de reform. Matr., cap. 1. — <sup>11</sup> Qu. 2, punct. 8, n. 42. - *Sanch.*, lib. 3, disp. 38, n. 7. - *Coninck*, disp. 27, dub. 4, n. 45. - *Gutierr.*, de Matr., cap. 69, n. 16. — <sup>12</sup> De Offic. et Potest. episc., alleg. 32, n. 170. - *Rebell.*, part. 2, lib. 2, qu. 7, n. 4. - *Salzedo*, Pract. crim. Diaz, cap. 76, not. B, v. *Secundo illud*.

*temere*, n. IV, § 3, ad validitatem matrimonii requiritur ut parochus vel ordinarius sint « invitati ac rogati, et neque vi neque metu gravi constricti requirant excipiantque contrahentium consensum ».

c) Benedictus XIV, de *Synodo*, lib. 8, cap. 13, n. 8, v. f., utitur argumento quod eruitur ex secunda illatione, ubi de paroco invito et reluctante agitur.

d) Henriquez, lib. 11, cap. 2 (ut citat Bar-

Fit autem Quaestio: *an a sponsis, qui matrimonium ineunt, possit valide separari ratio contractus a ratione sacramenti?*

Negant Suarez<sup>e)</sup>, Pontius<sup>f)</sup> et alii, dicentes non posse hominem separare quod Deus conjunxit. — Sed affirmant Vasquez, Cajetanus<sup>g)</sup>, Durandus<sup>h)</sup>, Victoria<sup>i)</sup> et alii, apud Sporer<sup>1</sup>: qui tenent bene posse contractum sine sacramento validum re-

manere. Sed hic notandum omnes<sup>j)</sup> asserere quod hoc agere non careret gravi culpa. — Unde infertur quod Ecclesia nunquam permetteret reconvalidari matrimonium sine assistentia parochi (ut passim Ecclesia admittit), tolerando quod matrimonium persisteret tamquam contractus, et non sacramentum, si non haberet pro certo quod sponsi sunt veri sacramenti ministri.

*Vasq.*, in 3 P., disp. 133, cap. 5, n. 63. - <sup>1</sup> Part. 4, cap. 1, n. 356.

bosa), non habet hoc dictum; sed *ibid.*, cap. 16, n. 2, loquitur de benedictione nuptiali quae post matrimonium contractum datur intra Missam, quam dicit requiri sub gravi in primis nuptiis ante cohabitationem, ex praecepto Tridentini.

e) Suarez, de *Sacram.*, disp. 13, sect. 2, v. f., dicit: « Si sit proprie intentio et affectus separandi, quantum in ipsis est, rationem sacramenti a ratione contractus... tunc revera non fieret sacramentum. An vero validum esset tale matrimonium in ratione contractus, alterius est considerationis ». Sed judicium suum de hoc quaesito non profert. Deinde addit: « Qui vero intenderent facere sacramentum, non autem contractum matrimonii, nihil etiam facerent, quia illa posterior intentio non tantum est circa effectum, sed etiam circa materiam sacramenti, quam destruit ».

f) Pontius (quem etiam Sporer citat pro hac sententia), lib. 1, cap. 9, num. 3, oppositam tenet, scribens: « Probabilius existimo in eo casu [quando scilicet contrahentes intendunt dumtaxat contractum] valere matrimonium in ratione contractus et separari a ratione sacramenti ». Quod deinde late fuseque probat.

g) Cajetanus, *Opusc. tom. 1, tr. 12, qu. 1*, id docet de matrimonio per procuratorem

contracto, quod dicit valere ut contractum, sed non esse sacramentum. Et ita etiam Victoria, *Sum., de Matr.*, n. 244.

h) Durandus, in 4, dist. 26, quaest. 3, v. *Quinto*, dicit matrimonium in infidelitate contractum, ratum quidem fieri post Baptismum utriusque conjugis, non tamen fieri tunc sacramentum.

i) Omnes scilicet qui dicunt valere inter fideles, qui per se ipsos contrahunt. — In hac quaestione primam sententiam probat Leo XIII in sua epistola encyclica *Arcanum divinae sapientiae*, die 10 Februarii 1880 data, ubi § *Nec quemquam* haec habentur: « Non potest hujusmodi distinctio, seu verius distractio probari; cum exploratum sit in matrimonio christiano contractum a sacramento non esse dissociabilem; atque ideo non posse contractum verum et legitimum consistere, quin sit eo ipso sacramentum. Nam Christus Dominus dignitate sacramenti auxit matrimonium; matrimonium autem est ipse contractus, si modo sit factus jure ». Et paulo inferius: « Omne inter christianos justum conjugium in se et per se esse sacramentum ». Quod Pius IX suo brevi *Ad Apostolicam Sedem*, die 22 Aug. 1851, jam edixerat, damnando propositionem quae asserebat « Matrimonii sacramentum non esse nisi quid contractui accessorium ab eoque separabile ».

Quid de separatione contractus a sacramento.

Parochus in mortali assistens matrimonio, non peccat lethali-ter.

Verba parochi: *Ego conjungo vos, etc.*, praeci- piuntur sub gravi.